




600030501F





ΞΕΝΟΚΡΑΤΟΥΣ

ΠΕΡΙ ΤΗΣ

ΑΠΟ ΕΝΥΔΡΩΝ ΤΡΟΦΗΣ

XENOCRATIS

DE

ALIMENTO EX AQVATILIBVS,

Cum Latina interpretatione Jo. Bapt. Rasarii,
Scholiis Conradi Gesneri, & Notis
integris Jo. Friderici Franzii.


ACCEDVNT

Novae variantes Lectiones ex Codd. Mss. depromtae,
& Animadversiones Diamantis Coray
nunc primum editae;

ITEMQVE

*Adnotationes in Auctorem, Additamenta in Glossarium
Franzii hodiernam Ichthyologiam illustrantia,
& Lucubratio de Piscium Esu*

CAIETANI DE ANCORA.



NEAPOLI. MDCCXCIV.
TYPIS REGIIS,



LECTORI ΦΙΛΕΛΛΗΝΙ

CAIETANVS DE ANCORA.

Dum Xenocratem restituimus in censum Auctorum Classicorum, adnotationibus variis illustratum, nonnulla praenotare de ejusdem aetate, studiis, ac scriptis; nec non quid in nova hujusce operis editione praestitum sit, in limine monere, haud alienum fore putamus. Quod eo magis interesse videtur, quia nemo adhuc pauca, quae de hoc Xenocrate nobis tradidere Veteres, distincte, & ἀκριβῶς dilucidaverit; adeo ut facile confundi possit cum aliis ejusdem nominis auctor operis de Alimento ex Aquatilibus, quod integrius, ac emendatius, quam antea factum sit, in lucem edi pro re nostra curavimus. Etenim Diogenes Laërtius in vita Xenocratis, qui Platonis discipulus, & successor fuit in cathedra Academica, innuit sex ὁμωνύμȣς fuisse Xenocrates; itemque ejusdem Philosophi opera recensens, nihil de tali, vel simili argumento ab eo conscriptum esse dicit. Sed Clemens Alexandrinus (1) huic tribuere videtur, quod citat opus περὶ τῆς ἀπὸ τῶν ζώων τροφῆς, de alimento ex

 ani-

(1) Strom. L. II. p. 515. Lugduni Batav. 1616.

animalibus: nam cum superius (2) *memoraverit Xenocratem, & Polemonem successisse Platoni, & hinc citet indicatum Xenocratis operam, una simul cum aliis Polemonis, ejusdem, vel similis argumenti, vero similius fit de Philosopho illo superius memorato intellexisse, potius quam de Medico nostro, ceu Fabricius* (3), *aliique Recentiores ex quadam utriusque operis analogia hallucinati, pro certo affirmare non dubitaverint. Diversus itidem fuit ab Aphrodisiensi nostro Ephesius ille Xenocrates, quem de gemmis scripsisse docet Plinius* (4), *& quem fine cum nostro confundit Labbeus* (5), *ea forsan ratione, quod Ms. περὶ λίθων in Bibl. Vaticana conjunctum cum alio περὶ τῆς ἀπὸ ἐνύδρων τροφῆς superesse noverat; cum nemini unquam postea tale chirographum inspicere licitum fuerit. Nunc vero ad Nostrum accedamus.*

Artemidorus (6), *& Galenus* (7) *memorant Xenocratem Medicum, domo Aphrodisiade, insigni Cariae urbe, ut intelligit Gronovius* (8), *cujus cives liberi dicuntur Plinio* (9); *ejusque libros laudat περὶ τῆς ἀπὸ τῶν ζώων ὠφελείας, de per-*

(2) Ibidem L. I. p. 220.
(3) Bibl. Graec. T. II. L. III. c. 3.
(4) L. XXXVII. c. 2.
(5) Nov. Bibl. Mss. p. 174. Parisiis 1653.
(6) Oneirocrit. L. IV. c. 24.
(7) Simplic. Pharmac. L. VI. in Prooem.
(8) Thesaur. Graec. Antiq. T. III. lit. DD.
(9) L. V. c. 29.

percipienda ex animalibus utilitate, *cui operi affinis, & forsan quasi mantissa accessit libellus* περὶ τῆς ἀπὸ ἐνύδρων τροφῆς, de alimento ex aquatilibus, *ab Oribasio* (10) *minus integer servatus; qui tamen liber, ut ipse Xenocrates ait capite ultimo,* ἐντελὲς τῆς πραγματείας, *perfecta operis tractatio fuit; non sane fragmentum, ut nonnulli appellavere. Tiberii Imp. tempore eum inclaruisse, ex eodem Galeno colligit Fabricius, cum natum dicat* (11) κατὰ τοὺς πάππους ἡμῶν; *quamvis doctissimus Grunerus* (12) *sub Nerone potius vixisse credat. Discipulum Mantiae fuisse auspicatur laudatus Gronovius ex ordine iconum veterum medicorum in antiquo codice Dioscoridis apud Lambecium* (13), *ex quo depromsit ejusdem Xenocratis effigiem T.III. Thes. Ant. Graec. insertam. Galenus vero etsi conjungat Xenocratem cum Mantia, huncque Herophili sectatorem faciat, pharmacis componendis celebrem; nusquam tamen dicit illius praeceptorem fuisse. Quaenam vero fuerint ejus studia, & quae medendi ratio, haud facile colligere possumus: ex Galeno liquet naturalis historiae in primis fuisse peritum, quamvis vituperet quaedam medicamenta faeda, illicita, & extraordinaria ab oriente ut plurimum petita, & in ejus libris de medicina*

a 3 ani-

(10) Collectan. Medic. II. 58.
(11) Loc. cit. & T. IX. L. V. c. 38.
(12) Prooem. ad varias Lectiones Xenocrateas.
(13) L. II. p. 542. seqq. Vindobonae 1665.

animalium intexta. Plinius nonnulla hujus generis remedia nobis tradidit ex operibus Xenocratis, non sine dubitationis, vel admirationis indicio. Juvat quaedam proferre pro specimine Xenocraticae pharmaciae; ait enim (14): Xenocrates tradit rem miram, si vera est: menstrua contineri uno die, si unum granum (*coriandri*) biberint feminae; biduo si duo. *Et alibi* (15): Nihil esse corporis malorum, cui non salutare sit strychnos, Xenocrates praedicat. *Et paullo inferius* (16) *dicens radicem scolymonis emendare graveolentiam alarum, subjungit*: Mirum est, quod Xenocrates promittit experimento, vitium id ex alis per urinam effluere. *Alia ejusdem furfuris a Galeno prolata, invenies apud Fabricium, & in sequentibus praefationibus Franzii, & Gesneri. Scripsit praeterea de herbis, & mineralibus, eodem Plinio teste* (17); *de Theriacis etiam tractavit, & simile quoddam Andromaco confecit antidotum, uti tradit Galenus* (18). *Aëtius item ejus remedia memorat* (19), *& Alexander Trallianus* (20) *ejusdem trochiscum citat. Dubium tandem est, an*

(14) L. XX. c. 20.
(15) L. XXI. c. 21.
(16) L. XXII. c. 22.
(17) L. XXVII. c. 10.
(18) In Lib. de Theriaca ad Pisonem.
(19) Tetrabibl. Serm. II. c. 84.
(20) Pag. 772. Edit. Basileensis 1556. in 8.

an noster Auctor idem fuerit ac alius Xenocrates Philosophus, qui teste Suida (21) propter temperantiam celebris fuit, nec ideo Platonico Xenocrate inferior, quique conscripsit τὸ οἰκοσκοπικὸν οἰώνισμα, auguria, quae domi spectantur (22).

Nunc pauca tam de praecedentibus, quam de hac nostra operis editione, notanda remanent. Jam supra indicavimus Oribasium in Collectaneis Medicis (23) (quae Latine tantum extant e versione Jo. Baptistae Rasarii Medici Novariensis) servasse minus integrum, vel potius fragmentum opusculi de alimento ex aquatilibus, quod postea Graece vix ad tertiam partem cum scholiis suis edidit Conradus Gesnerus, junctum Jani Dubravii Olmocensis Episcopi libris de piscinis, & piscium qui in eis aluntur natura (24). Deinde Jo. Albertus Fabricius cum integrum libellum nactus esset ex Mss. Pauli Vindingii in Bibl. Johannea Hamburgensi, limatius edidit (25) cum interpretatione Rasarii; de qua obiter notandum aliquantulum distare a Graeca dictione, quam in praesenti habemus, adeo ut videatur aut uberiorem operis contextum Rasarium ante

(21) Voce Ξενοκράτης.
(22) Confer Casaubonum Lection. Theocrit. c. V.
(23) II. 58. p. 225. Coll. Steph.
(24) Tiguri 1559. 8.
(25) Bibl. Graec. T. IX. L. V. c. 38.

[illegible]uisse, [illegible] in eo, quod ceteri adhibue[illegible] [illegible] potius, quam Scriptoris ver[illegible] sequi voluisse. Tandem [illegible] Jo. GEORGIUS FRIDERICUS [illegible] Medicinae Professor Li[illegible], qui separatim edidit Graece, [illegible] interpretatione Rasarii, scholiis [illegible], [illegible] lectionibus, adjectis suis [illegible], & Glossario in Auctorem, Lipsiae [illegible] Guilielmum Gottlob Somme[illegible] [illegible] solo primo folio renovato Fran[illegible] anno 1779. Sed clariss. editor [illegible] in hoc opere curando, quam [illegible] Scriptorum Physiognomiae [illegible] 1780. in 8. Nam praeter mul[illegible] curavit, & emendavit censor Bibl. [illegible] IV. prout nos docuit doctissimus . & [illegible] THEOPH. CHRISTOPHORUS HARLES Professor primarius Erlangensis : ni[illegible] praestitit fidem variis lectionibus, quas [illegible] dicit a viro quodam docto ad [illegible] editionis Gesneri adscriptas ex Mss. Regiae Bibliothecae Parisiensis, & Vaticanae. [illegible] enim ignorabat Franzius neminem post [illegible] vidisse, aut memorasse Codicem Vaticanum, & ne nobis quidem usis patrocinio Eruditissimi, & Amplissimi Praesulis GREGORII AQUAVIVA DE ARAGONA, & summo studio, ac diligentia Domini INVERNIZZI Romani in Graecis Litte-

ris

ris sagacissimi, de eo codice nullum indicium detegere fas fuit. Nec minor deprehenditur Franzii incuria in denotandis lectionibus Cod. Parisiensis, qui proprie est num. 2291. nam cum hic non excedat caput XX. Franzius ulterius citare non timet. Ne dicam multa perperam prolata, & alia omnino suppofititia, ita ut non obiter se confundisse videatur, tum in variis lectionibus, tum in adnotationibus suis. Nos igitur dum novam Xenocratis editionem in lucem prodere constituimus, in primis aggressi sumus ut genuinas, & distinctas haberemus lectiones duorum Codd. Mss. Bibliothecae Regiae Parisiensis, ex quibus pretium conquirere nostrae editioni pro certo habuimus. Hinc a Clariss. CHARDON DE LA ROCCHETTE *Parisiensi nobis amicissimo, & Graecarum Litterarum scientissimo, efflagitavimus, ut ea qua pollet diligentia transcriberet varias eorundem lectiones, qui dum abunde, & perhumaniter genio indulsit nostro, haec praemonuit de Codd. antiquitate. „ Sic annuntiantur hi codices in Catalogo Mss. Biblioth. Regiae Parif. T. II. p. 477. col. 2. num. 2290.*

Codex Chartaceus recens, Constantinopoli nuper in Bibl. Reg. illatus: is codex e vetusto exemplari, quod in Illustriss. Valachiae (Moldaviae legitur in notitia ipsi codici adscripta) Principis Bibliotheca asservatur, descriptus est.

Et num. 2291. Codex Chartaceus olim Colber-

ti-

tinus: is codex saeculo XV. exaratus videtur.

Pro infortunio habendum quod hic, qui optime est exaratus codex, non contineat plus, quam priora XX. capita, & cum ultima ejus pagina desinat in rectum, evincit defecisse in Ms. aliam partem operis, quod in manibus habebat amanuensis. Prior vero etsi inferioris notae sit, & pene in omnibus concordet cum codice a Fabricio edito, habet tamen post cap. XV. parvum caput de Cetis, quod cum certe sit ineditum, pretium addet tuae editioni &c.".

Hinc, ne quid deesse nostro labori videretur, varias Lectiones Xenocrateas Jenae 1777. 8. editas a doctissimo CHRIST. GODOFR. GRVNERO, *fama multorum librorum, ac multiplici doctrina florentissimo, habere curavimus. Sed cum rarissima essent ejus exemplaria, ab Auctore humanissimo, quod ei supererat accepimus, propria ejus manu nobis inscriptum. Grunerus autem suas lectiones acceperat a* MATTHAEI *V. C. in praesenti Profess. Graec. Litter. in academia Wittembergensi: hic vero cum olim in gymnasio Mosquensi politiores litteras doceret, illas e ms. qui est in Bibl. Synodali Mosquensi, descripserat, & cum Grunero communicaverat, qui itidem contulit cum variantibus Cod. Vossiani existentis in Bibl. Lugduni Batav. n. 22. & a Cl.* STOSCH *nuper editis in Museo Philologico. His nostris curis accessit studium, ac benevolentia Domini* DIAMANTIS CO-

RAY

RAY *Smyrnaei Doctoris Medici Montspeliensis (ut ipse scripsit) Graecis Litteris, & omnigena eruditione instructissimi, qui petentibus nobis, doctissimas in Xenocratem animadversiones concinnavit, & per Cl. de la Rocchette in ordinem redactas, largitus est. Suo igitur nomine inscriptas post Franzii notas, & post pauca, quae nobis addere licuit, locavimus. Tandem, ne rei Grammaticae tantummodo consulere videremur, Franzii Glossario in calce libri addito, ubi nomina piscium explicantur, adjunximus scitu digniora veteris Hist. Naturalis de unoquoque pisce ab Auctore memorato, necnon synonima, characteres, & alia, quae ad hodiernam Hist. Nat. illustrandam magis interesse videbantur, praeeunte* XAVERIO MACRI' *Historiae Naturalis in Neap. Lyceo Professore scientissimo; adeo ut opus non minus Philologis, quam Philosophis gratum, & expetitum foret. Invenies igitur, Benevole Lector, in adnotationibus, quas operi subjungimus, explicationes vocum, & phrasium difficiliorum; itemque delectum, ac salubrem diaetam cujuscunque piscis, secundum veterum doctrinam. In his vero, quas glossario addidimus, reperies a Franzio omissa, vel perperam prolata ad veterem Ichthyologiam pertinentia, una cum recentiorum comparationibus, & observationibus specialibus, sine ulla peculiari disceptatione, quam ab instituto nostro longe distare putavimus. Et ne vete-*

te-

terum ſcriptorum citationes multiplicarentur, ex uno doctiſſimo Salviani, qui in hoc accuratiſſimus fuit (26), *tranſcribere maluimus, quae Veteres tradidere de natura, atque characteribus ſingulorum piſcium. Tandem Te monitum volumus binis nos uſos fuiſſe editionibus* Syſtematis Naturae *Linnaei; nam cum recentior Lugdunenſis* 1789. *non dum finem attigerit, ubi haec deficit, praecedentem Vindobonenſem* 1767. *citare oportuit, quam, ut ab alia diſtingueretur, adſcripſimus numero paginarum. Duo itidem* Codices *Mss. Bibliothecae Regiae Pariſienſis diſtinximus notis* 1. & 2. *prior nempe num.* 2290. *qui integer eſt, & alter num.* 2291. *qui non excedit caput* XX. *ut ſuperius notavimus.*

Prae-

26) In opere de Piſcibus Romae 1554.

Praefatio Jo. Georg. Friderici Franzii Domino Antonio Guilielmo Plazio Fac. Med. in Academia Lipsica Decano inscripta.

Praeclara egregiaque omnis aetatis constanter intueor, atque admodum admiror, scriptorum exempla, quibus libros, a se conscriptos, atque in lucem editos, viris de re Litteraria, ac Republica bene merentibus, quam maxime commendare, ac consecrare, suisque ingenii fetibus, quorum tenentur integerrimo amore, patronos conciliare studuerunt. Me vero non solum admiratio, sed & studium vestigiis summorum insistendi virorum, ita tenet, animumque meum occupat, ut impetu abreptus ferar ad exsequendum consilium, quo & Xenocrati meo, vetusto quidem Medico, verum admodum docto, favorem gratiamque patroni maximi promereri videar. Ad quem autem potius, PATRONE OPTIME, eum transmitterem, quam ad TE, quum perspectum cognitumque habeam, TE veterum medicorum libros admodum commendare omnibus medicam profitentibus artem, quum TE omnes rerum naturalium amicum profiteantur integerrimum, elegantiorisque medicinae, quae ex veterum monumentis tantum discitur, & cognoscitur, servatorem celebrent maximum. Ignoscas itaque velim meae permagnae audaciae, quae sane excusatione magis, quam vituperatione digna videtur, quum a pietate, devoto, ac TIBI, VENERANDE PATRONE, obstricto animo profecta sit, cujus publicum exstare volui documentum. Singularis TVAE benevolentiae praestantia omnibus spectata probataque, ac serenae frontis hilaritas quamplurimis jucundissima, me minime dubitare sinunt, quin opusculum hoc, anno CIƆIƆLIX. mutilatum Tiguri editum ab Conr. Gesnero, jam vero ex oblivionis caligine, quae istud obumbrare videbatur, productum, atque ex manuscripto Vindigii & Fabricii Bibliotheca integritati suae restitutum, animo sis accepturus benigno. Quantum

in

in me quidem fuit, multus fere totusque in eo fui, ut libellum hunc egregium, ex quo Galenus, & Plinius multa in suos transtulerunt libros, quem vero Oribasius totum suis inseruit Collectaneis medicinalibus, curatiori emendatum manu, animadversionibusque illustratum, adiectis simul scholiis Gesneri utilissimis, cum eruditis communicarem viris. Johannis Baptistae Rasarii (1) Medici Novariensis interpretationem, quam in Operibus Oribasii, quae ad nostram pervenerunt aetatem, ab ipso e Graeco in Latinum conversa sermonem, & Basileae tribus Tomis apud Michaëlem Isingrinium anno CIƆIƆLVII. primum edita, reperimus: quae quum a Conrado Gesnero editioni suae adiecta sit, ab hac quoque abesse noluimus editione, quod quamplurimum ad verum auctoris nostri sensum eruendum, indagandumque conferre videtur, ejusque ope Conr. Gesnerus veram, felici adjutus ingenio criticoque acumine, saepissime restituit lectionem. Quamquam Gesnerus primas sibi, quippe in hoc genere litterarum versatissimus, in edendo Xenocratis libello, suaque opera illustrato, vindicet; optaremus tamen, ut totum manu sua emendatum & scholiis ornatum conspicere liceret; sed quum tantum fragmentum Graeci textus ad ejus pervenerit manus, latina saltem interpretatione Rasarii lacunam illam explendam esse existimavit.

Joh. Albertus Fabricius (2) autem integrum libellum ex manuscripto Pauli Vindingii, cujus copia ex Bibliotheca Johannea Hamburgensi ipsi facta erat, describendum, ac Bibliothecae graecae cum Rasarii interpretatione inserendum curavit; infinitis tamen mendis scatentem, quae acutis Criticorum oculis multas lectionum differentias offerunt, quibus colligendis, emendandisque ingenium exercere, atque vario artis criticae usum egregium modo demonstrare, conjiciendoque curae prorsus singularis, studiique documenta edere possent. In subsidium igitur, VIR MAGNIFI-

(1) v. *Joh. Georg. Schenkii* Biblioth. Iatror. p. 284.
(2) v. Biblioth. Gr. Tom. XI. L. V. c. 38. p. 453. *seqq.*

FICE, operam Fabricii vocare, & libellum, quantum pro virium tenuitate nobis licuit, a vitiis repurgare studuimus, qua quidem in re, si TIBI nostra opera probabitur, nos haud exiguo beneficio ornatos, cumulatosque, & munimento satis firmo adversus recentium machinationes criticorum, flagellis omnes, ex sua non ortos prosapia, ferientium, septos, cinctos, munitosque putabimus.

Casu quodam fortuito, nobis hanc curantibus editionem, in manus inciderunt variae lectiones a Viro quodam docto ad marginem editionis Gesneri, ubi reliqua graeci textus verba, quae apud Gesnerum desiderantur, erant adscripta, ex Codice Regio Parisiensi, & Vaticano notatae; quas eo lubentius exhibuimus, quo magis nobis visae sunt, multum inservire ad meliorem auctoris nostri intelligentiam. Codices ipsi manuscripti optimae notae esse feruntur; de codice quidem Parisiensi (1) affirmare possumus omni fide ac dexteritate, eum esse codicem chartaceum Colbertinum, qui seculo decimo quinto exaratus videtur; de codice vero Vaticano simul Xenocratis libellum περὶ λίθων, qui hucusque, quantum nos quidem scimus, typis nondum descriptus est, comprehendente, nihil nobis constat; nec praeter Labbei (2) relationem aliquid de eo reperire potuimus. Quales sint codices TVO acerrimo, PATRONE MAXIME, ac limato judicio, eo lubentius relinquere possumus, quo magis nobis persuasum est, TE pro tuae doctrinae copia, atque multifariae eruditionis elegantia, optime, quae in animadversionibus notavimus, esse dijudicaturum, libellumque de meliori verae eruditionis, rerumque medicarum amicis esse commendaturum.

Temporum rationi, ac consuetudini, inter eruditos nostri saeculi receptae, inservire, ac nos accommodari

(1) v. Catalogum Biblioth. Reg. Parif. Tom. II. MCCXC. & XC. p. 477.
Erratum in numeris qui ita sunt corrigendi MMCCXC., & MMCCXCI. AN.

(2) v. Labbei Bibl. Nov. MSS. p. 174. & 127.

dare voluimus, Glossarium videlicet nostro Xenocrati addendo, quod vulgo majores nostri, non adeo elegantioribus litteris, uti quidam ex nostratibus assueti, Indicem nominare solent. Praeprimis id in conficiendo concinnandoque spectavimus glossario, ut lectionem Xenocratis, quantum fieri posset, utiliorem, ac jucundiorem redderemus; unde paullo verbosius in explicandis quibusdam vocibus, adhibitis aliorum scriptorum locis, versari, quam commodis lectorum deesse voluimus. Inter alia haud contemnenda nobis praebuit praesidia Scholiastes Oppiani, cujus Scholia in omnes Halieuticon libros, editioni Conr. Rittershusii, ex Officina Plantiniana, Lugduni Batavorum CIƆIƆXCVIII., adjecta conspiciuntur. Scholiorum istorum auctor qui sit, non satis constat. Suspicatur Rittershusius Tzetzen Grammaticum esse, qui & in Lycophronem commentaria scripsit. Argumenta hanc firmantia conjecturam ex versibus ejus, qui in Sylburgiano Codice exstant, Halieuticis praefixis, petuntur, ad quem benevolos ablegamus lectores, ne nimis longi in enarrandis iis deprehendamur, quae consilio nostro convenire visa sunt, & ne TIBI, VIR EXCELLENTISSIME, toto hoc apparatu, quo pisces Xenocratis condire, atque apponere ausi sumus, taedium, ac molestiam creare existimemur. Quare nihil amplius abs TE, VIR MAGNIFICE, submisse peto, quam ut hocce mei gratissimi TIBIQVE deditissimi animi documentum serena, prouti soles, accipias fronte, & ut me TIBI semper commendatissimum habeas. Verum enim vero minus recte meo defunctus officio videar, nisi & TIBI, PATRONE OPTIME, de prorsus singulari felicitate, quae hoc potissimum anno TIBI arrisit, gratuler; sed non TIBI solum, verum & Academiae nostrae, & gratioso medicorum Ordini, in societatem hujus felicitatis venienti. De TE enim nostra Academia, albo civium nuper recens inscripto, quam maxime laetatur, atque exultat: de TE, Decano Facultatis Medicae creato, mirum in modum, omnes gaudio perculsi, fausta quaevis TIBI precantur; de TE, Thera-

rapiae Professionem profitenti, choreas laetas Hygiea ducit. Quare liceat & mihi hac felicitate frui, ut TIBI, splendidissimaeque TVAE familiae, pietatem meam declarem, Deum precatus, ut TE ad annos usque Nestoreos in rei litterariae incrementum, Academiae splendorem, Ordinis Medicorum dulce decus, ac gaudium, & TVAE familiae ornamentum, salvum, incolumen, sospitemque, & omni felicitatis genere cumulatum esse jubeat. Scripsi Lipsiae Kal. Septembr. CIↃIↃCCLXXIII.

Praefatio Conradi Gesneri Joh. Echtio inscripta.

Accepi tandem piscium oceani Germanici, quas ad me dedisti Eicones, tamdiu desideratas, ornatissime Echti; pro quibus ne verbis tantum gratias tibi agerem, re ipsa etiam qualecunque gratitudini specimen exhibere volui. Mitto igitur Xenocratis de alimento ex aequatilibus animantium libellum Graecum, (quem opportune postero, quam tuae Eicones mihi redderentur, die, a Guil. Rondeletio, medico in plurimarum Naturae, & artis nostrae rerum incomparabili, communicatum mihi, qui viri est candor, accepi): quamvis mutilum illum, una cum Joh. Baptistae Rasarii, viri de re medica optime meriti, interpretatione Latina, eaque integra. Haec inquies nihil ad te: neque de alieno te oportebat esse liberalem. Atqui Xenocratis nihil hactenus Graece extabat in publico: & quod nunc prodit fragmentum, id ut Rondeletii beneficentiae, sic meae curae, ac diligentiae debetur. His de meo adieci Scholia, quibus & Graecum libellum & interpretationem Latinam, passim aut illustrare, aut emendare sum conatus. Quod ut plenius efficerem, adhibui etiam plerorumque libelli hujus locorum translationem Latinam, qualem passim in doctissimi viri Eduardi Wottoni, Angli, libris de

animalium differentiis inveni. Hanc nostram opellam pro tua humanitate candide accipere, ac simul pro tua eruditione graviter libereque judicare ut digneris, enixe oro. Virum quidem te benignissimum esse, ut hactenus famae frequenti facile credidi, ita missis illis tot, & tam scitis Piscium picturis, re ipsa suavissime sum expertus; cupioque doctrinae etiam tuae (quam ora multorum praedicant, qua Coloniae Agrippinae excellis, ubi medicinam summa cum laude, & admiratione factitas) non solum in tantillis istis Scholiis, sed universa mea aquatilium historia, judicandis, ac emendandis, gustum aliquem, ac specimen peculiare accipere. Id autem ut perficere posses egregie, veluti alter quidam Aristarchus, in quam pluribus aut omnibus, si otium suppeteret; ita vel in paucis facias horis interdum succisivis, praestantiam tuam ex animo oro & obsecro. Vale & me ama. Tiguri. Septimo Kal. Octob. anno a salutifero partu MDLIX.

DE AVCTORE.

Xenocratis veteris Medici Graeci libellus, quem hic damus, extat in Oribasii Collectorum ad Julianum libro secundo e septendecim, cap. 58. unde nos Baptistae Rasarii interpretationem decerpsimus. Meminit hujus auctoris Galenus libro 10. de Facultatibus simplicium medicamentorum cap. de sanguine vespertilionis; quem quidem pilos sub alis enasci prohibere, recte inquit Xenocratem tanquam mendacium reprehendisse.

Et paullo post: Xenocrates, inquit, in primo libro de percipienda ab animantibus utilitate, scribit in haec verba: Ad haemoptoicos admodum utile. Oportet autem haedorum sanguini nondum concreto plus minus mensura semicotylae, tantundem admiscere aceti acris &c. In eodem libro reprehenditur ab eo hic scriptor, in iis quae fiunt in homine. Emplastrum etiam quoddam Xenocratis, & Theriacae compositionem, alibi describit; & libro 5. etiam de

com-

composit. sec. genera ejus meminit. Ab hoc alius esse videtur Aphrodisiensis ille, homo immodice curiosus, & a praestigiatura non alienus, quem librum quendam de herbis, variis exoticis earum nominibus refertum, transtulisse (nescio ex qua lingua, Aegyptiaca ut videtur, aut Babylonica) a principio libri 6. de simplicium medic. facultatibus refert Galenus. Plinius etiam Xenocratis cujusdam, qui de pictura scripserit, mentionem facit libro 35. cap. 9.

IOH. ALB. FABRICIVS

In Bibl. Gr. Tom. II. L. III. c. 3. p. 68.

Diversus ab eo, cujus συναγωγὴν inter Theophrasti scripta Laërtius *V.* 47. memorat, *Xenocrates* fuit *Medicus*, qui de *percipienda ex animalibus utilitate*, περὶ τῆς ἀπὸ τῶν ζώων ὠφελείας, *Clem. Alex. I. Strom. p.* 717. περὶ τῆς ἀπὸ τῶν ζώων τροφῆς libros scripsit, quorum primum laudat Galenus *X. de Simpl. T.*2. *p.*132. Aphrodisiensis hic fuit, teste Artemidoro *IV.* 24. *Onirocrit.* ubi idem opus respicit, quod facit etiam Aëtius *Tetrab. l. II. c.* 83. Vixit sub Tiberio Imperatore, ut ex eodem Galeno colligo, *p.* 130. ὁ Ξενοκράτης ἄνθρωπος οὐ πάλαι γεγονώς, ἀλλὰ κατὰ τοὺς πάππους ἡμῶν τῆς ῥωμαϊκῆς βασιλείας ἀπηγορευκυίας ἀνθρώπους ἐσθίειν. Ex hoc Xenocratis opere Oribasius *II.* 58. *collectan. Med.* (quae Latine tantum extant e versione Joh. Bapt. Rasarii) servavit locum prolixum *de alimento ex aquatilibus*. Graecae minus integrum edidit cum versione sua, & scholiis *Conradus Gesnerus*, junctum Jani Dubravii, Olmocensis Episcopi, libris de piscinis, & piscium, qui in eis aluntur, natura, Tiguri 1549. 8. Integrius extat in Codice ms. Bibliothecae Johannae hujus Vrbis Hamburgensis, ne de Vaticana, & Regis Galliae Bibliotheca dicam, de quibus vide Labbeum *Bibl. Nov. MS. p.* 174. & 127. Nescio an cum hoc confundendus sit *Xenocrates* Ephesius, quem de gemmis egisse docet,

& nuperrime scripsisse affirmat Plinius *XXXVII.* 2. Sane pro eodem habuit Labbeus *p.* 174. Xenocratis librum περὶ λίθων. in Vaticana adhuc superesse testatus.

Idem Tom. IX. L. V. c. 38. *p.* 453.

Inter hos scriptores Oribasio lectos paenultimo loco apparet *Xenocrates*, insignis & praeclarus scriptor, Galeno saepius laudatus, nec non Aëtio, Clementi Alexandrino, Artemidoro, aliisque, patria Aphrodisiensis, clarus tempore Tiberii Imperatoris, cujus lucubrationem de alimento ex aquatilibus Graece vix tertiam partem olim editam a Gesnero, cum ante aliquot annos ab illustri Paullo Vindingio τῷ μακαρίτῃ nactus sim integram, juvat illum hoc loco, *L. B.* tecum communicare.

IOH. GEORGIVS SCHENKIVS

In Bibl. Iatrorum.

Xenocrates, Medicus clarissimus in arte medica, libros conscripsit, e quibus Plinius in *L. XXI.* & sequentes naturalis historiae, infinita propemodum transcripsit.

DE PISCIVM ESV

LVCVBRATIO.

INter tam praeclara Naturae munera, quibus continuo fruimur, & quae sedulo contemplando admiramur, Aquatilia certe non minus, quam aëris, & terrae animantia, genere, indole, ac characteribus varia, nobis paene omnia pro vitae usu a Summo rerum Opifice largita sunt, & in admirationem oblata. In eorum namque compage, ac varietate Divina illa Mens refulget, quae vel minimis pisciculis tantum tribuit artificii, ut philosophus cum Job (1) fateri debeat: *quamvis muti per se pisces enarrant Creatoris gloriam*. Et vere si propositum nostrum exigeret attente perscrutari quam de industria aquatilium corpora exterius squamis, vel testa tueantur in aquis; quam apte gravitatis centrum in ipsis dispositum sit; quam secundum geometricas leges piscium figura efformata sit, ut se facile librare, & movere possint in fluido; quibus insuper adjumentis instructi sint ad natandum; quam mirifice, & diverse ab aliis animalibus respirent; quomodo oculorum structura apta sit aquis, & cauda pro gubernaculo in cursu, pinnisque remorum vice utantur, quamplura certe haberemus, & perspicua argumenta Divinae Providentiae. Praetereo eorum mores, affectus, coitus, versutias, oberrationes, & proprietates tam consimiles, quam dissimiles aliis animalibus, quae omnia longum foret enumerare. Pro libamine tantum sufficiat memorare quae antiquitas de piscium sexu subolfecerat, nuperque amicissimus ci-

(1) C. XII. v. 8.

civis Philippus Caulini Hist. Nat. peritissimus in apertam lucem posuit *(a)*, binis in piscibus squamosis Channa, & Perca, qui copulatis singulari modo maris feminaeque organis in unoquoque, totum fecundationis negotium singuli perficiunt. Piscibus insuper, quod ad generationem pertinet, parum officit aetas, & stupenda foecunditate multiplicantur: hinc apud Hebraeos vox דגה, a דג *Dag*, *piscis*, denotat *multiplicari in infinitum instar piscium (b)*. Et quamvis plurimi inter se certent prae magnitudine virium, & grandiores minutioribus vescantur; non minor tamen est, quorundam astus, & praevidentia in evitandis, propellendisque periculis; quin etiam mira est aliorum στοργὴ erga proprios fetus, quos prope ripas deponunt, ubi major est copia escae, & difficilior accessus praegrandium piscium *(c)*. Attamen nos breviter de piscibus dicemus,

(a) In opere *De Piscium, & Cancrorum generatione*. Idem Auctor nuperrime in Dissertatione *De Zosterae Oceanicae Linnaei ἀνθήσει* abunde demonstrat, algam vulgo dictam viviperam esse plantam, ac florem fructumque proferre stato annorum curriculo; adeo ut tritum vetustate proverbium *Nil vilius alga* quodammodo evanuerit, cum haud pro vili haberi mereatur peculiaris notae planta.

(b) Vulgo Hebraeorum in reptilium censu adnumerantur pisces; nam Isidoro teste *lib. XII. c. 6. Reptilia ideo dicuntur haec, quae natant, eo quod reptandi habeant speciem, & naturam: quamvis enim se in profundum immergant, tamen in natando repunt.* Aliam vero rationem reddit S. Augustinus *ad Genes. lib. III. c.* 8. Moyses singulos pisces nusquam recenset. S. Barnabas tanquam ex Scriptura hanc sententiam laudat: *Neque muraenam, neque polypum, neque sepiam comedetis.* An vero aliquod piscium nomen in SS. Scripturis occurrat, compertum non habeo. Graeci, & Latini auctores qui supersunt, definitum, & breve piscium numerum nominant. Oppianus non plures quam CLIII., & Plinius CXLIII. qui omnes divisi secundum Isidorum *l. c. in generibus belluarum, serpentium communium terrae, & aquae, cancrorum, concharum, locustarum, peloridum, polyporum, solearum, lacertorum, & lolliginum.*

(c) Si Aristoteli *Histor. Anim. lib. VI. c.* 10. & Oppiano de

mus, quae ad veterum Religionem, Alimentum, & Luxum ſpectant, omiſſis, quae jam diffuſe ab aliis pertractata eſſe novimus.

§. I. Piſces antiquitus in Oriente Θεοπαίδων καὶ Ὡροσκόπων nomine inſignes apud Syros praeſertim, Aegyptios, & Lydos magna veneratione proſequutos, nemo eſt qui ignoret. Ferebatur enim in fabulis Aegyptiis, caeleſtem illam Venerem, quam Aſtarten, Derceto, & Atergatin vocabant, non ſolum ope piſcium natam ex myſtico ovo in Euphratem caelitus delapſo, & a piſcibus ad ripam evoluto; ſed etiam in celebri Deorum metamorphoſi effugiſſe iram Thyphonis, proripiendo ſe cum filio Cupidine in aquas ejuſdem fluminis, ubi ambo vel a piſcibus tranſvectos in oppoſitam ripam, vel in formam piſcium converſos fuiſſe fabulabatur *(d)*. Hinc benefici illi piſces in Aſtrorum numerum relati, *Syri Piſces* dicti fuere (2), qui ex magno Notio piſce, Iſidi opem ferenti, prognatos eſſe nugabantur. Cum vero plerique Orientalium ſapientes Venerem pro ſuperiori terrae hemiſphaerio intellexerint, facile eſt credere Sacerdotes Aegyptios ſub hac fabella de Veneris tranſvectione per piſces, indicare voluiſſe greſſum Solis per illud Zodiaci ſignum, quod piſcium nomine diſtinguitur, imo ampliori ſenſu beneficos Solis effectus in aquis. Macrobius certe accuratiſſimus Theologiae

Piſcium cultus in Oriente, & alibi.

de Piſcat. lib. i. *v.* 733. in re ſimili fides habenda erit, Canis piſcis in procellarum diſcrimine, vel in aliis periculis pullos ſuos in ventre recipit, nec prius emittit, quam timor evanuerit. Simili caritate Squatinam, & Glaucum partus ſuos condere in aliis corporis receptaculis, ſummo imminente periculo; iidem auctores autumant.

(d) *Itaque poſtea Syros*, ut ait Hyginus *Aſtronom. c.*30. *qui bis locis ſunt proximi, deſtitiſſe piſces eſitare, quod vereantur eos capere; ne ſimilis cauſſa aut Deorum praeſidia impugnare, aut eos captare videantur.*

(2) *Germanicus ad Arati Phaenom. v.* 240.

mysticae perscrutator nobis rem adstruit (3): *Physici*, inquit, *terrae superius hemisphaerium, cujus partem incolimus, Veneris appellatione coluerunt; inferius vero hemisphaerium terrae, Proserpinam vocaverunt. Ergo apud Assyrios, sive Phaenicas, lugens inducitur Dea: quod Sol annuo gressu per duodecim signorum ordinem pergens, partem quoque hemisphaerii inferioris ingreditur .... & cum est in inferioribus, & ideo dies breviores facit, lugere creditur Dea*. Et in fine ejusdem capitis addit: *In ultimo ordine Zodiaci pisces locati sunt, quos consecravit Soli non aliqua naturae suae imitatio, ut cetera; sed ostentatio potentiae sideris, a quo vita non solum aëreis terrenisque animalibus datur, sed illis quoque, quorum conversatio aquis mersa, velut a conspectu Solis exultat*. Ex quibus etiam apparet, astrum piscium locum habuisse in sphaera Aegyptiaca, quae uti jam notarunt quidam doctissimi viri, in multis non solum figura, sed etiam nominibus astrorum differebat a Graecanica (*e*). Nec omnino confundi debet sphaera cum globo, seu charta geographica Aegypti, uti post Pluche (4) aberravit Schumacher (5). Signum vero piscium eo magis conveniebat Aegyptiorum doctrinae, quod pro certo apud eos habebatur Solem, & reliqua sidera pasci humore maris, & fluviorum (6); quin etiam animae piorum, secundum Orientalium, & Etruscorum Theologiam, ad Elysios per mare, quae maxima purgatio erat, a piscibus transvehi existimabantur.

§. II.

(3) *Saturn. lib.* 1. *c.* 21.

(e) Post Nigidium, a Servio citatum ad Virgilii *Georg. lib. IV. v.* 19., idem notavit Jablonski *Panth. Aegypt. lib. III. c.* 2. §. 9.

(4) *Hist. du Ciel P. I. lib.* 1. §. 3.

(5) *De cultu anim. apud Aegypt. sect. II.* §. 9.

(6) *Plin. lib. II. c.* 68.

§. II. Ex hoc piscium cultu religio invaluit apud Syros, ut non solum se a piscibus abstinerent (*f*), sed ne tangerent quidem; hinc apposite Ovidius (7) Religio Syrorum erga pisces, & de idolo Dagon.

Inde nefas ducunt genus hoc imponere mensis,
Ne violent timidi piscibus ora Syri.

Quae tamen superstitio Nehemiae temporibus recentior fuit, cum nondum ejus aetate Tyriis esset vetitum pisces venales Hierosolymam deferre (8). Itaque qui idolo Dagon, quod Azoti colebatur, piscis figuram tribuunt, & omnino eandem figuram cum Astarte habuisse contendunt, conjecturam faciunt ex nomine, quia Dagon deduci videtur a voce דג, *Dag*, quae piscem denotat. Sed praeterquam quod recentior fuit Astartes cultus, necnon piscium abstinentia, planum est ex Theologia Phaenicum, secundum Philonem Byblum (9), Dagonem fratrem, & Astartem uxorem Saturni habitos fuisse. Quin apud laudatum Scriptorem Dagon Graece redditur Σιτών, *Frumentarius*, quia דגן, *Dagon* Hebraeis est frumentum (*g*); additurque caussa nominis,

(f) Plutarchus in περὶ Δεισιδαιμονίας libello, de Apua, & Maenide piscibus tantummodo loquitur, de hac Syrorum religione verba faciens, quos qui comederent, eorum tibias corrodi a Dea Syria, corpus ulceribus impleri, & jecur colliquescere credebatur, hinc Martialis *lib. IV. epig.* 43.

Juro per Syrios tibi tumores.

De tumoribus pedum, & ventris, necnon de expiatione eorum, qui his laborabant, sacco induti super sterquilinium sedentes, diserte Menander apud Porphyrium in *IV.* περὶ ἀποχῆς. Quae omnia facile nobis persuadent, hanc superstitionem, vel saltem morbum, ortum habuisse a piscium abusu, & speciem esse leprae, quae in Oriente grassabatur.

(7) *Fast. lib. II. v.* 474.

(8) *Nehemiae c. XIII. v.* 16.

(9) *Apud Euseb. Praepar. Evang. lib.* 1. *p.* 36. & 37. *Parisiis* 1628.

(g) At quis frumenti Deus iste?. Cererem recte arbitratur Calmet, nam Hebraei carebant nomine feminino Deabus significandis, atque Aelianus *Var. Hist. lib.* 1. *c.* 27. docet inter

nis, quia nempe invenit σῖτον καὶ ἄροτρον, *frumentum*, *& aratrum*, idcirco apud Graecos Ζεὺς ἀρότριος audiebatur. Nomen igitur vel a forma habuit, vel a frugum inventione; nam omnino negari non potest, ejus figuram in piscem desinisse, & pedes habuisse, quales Tritones a poëtis describuntur, & non semel in antiquis monumentis conspiciuntur. Quod confirmant LXX. Interpretes SS. Scripturae, qui non solum manuum volas, sed & ἴχνη τῶν ποδῶν, *vestigia pedum*, in ejus templi limen cecidisse dicunt (10). Pari ratione, Rab. David, & Calmet (11) figuram Dagonis assimilant fabulosis Sirenis, quas ita describit Horatius (12)

Desinit in piscem mulier formosa superne.

Pisces sacri apud Aegyptios.

§. III. Ex doctrina vero Aegyptiorum non satis constat, an illi pisces colerent, vel potius odio habitos Diis sacrificarent. Quae enim ab antiquis Scriptoribus tradita sunt de hoc cultu apud Aegyptios, ut plurimum inter se repugnant. Nos tamen, ut quoad ejus fieri possit, aliquid lucis infundamus in has ambages, ita distinguendum esse credimus: Aegyptios marinos pisces esse aversatos ob maximum odium erga mare, exsecrando Thyphonis nomine cognitum, & tantum

ter varia Cereris nomina unum hoc fuisse *Sito*, veluti si diceretur frumenti Dea. In quibusdam certe nummis visitur Ceres appositos habens pisces. *Antiq. Explic. T.*1. *p.* 85. *fig.* 8. 9. *tab.* 45. quod congruit cum nomine Dagonis a radice *Dag*, piscis. In nummo Syracusano pisces quatuor exhibentur in nummi areola circa caput Deae fructibus coronatae. Ex his mixtis opinionibus efformatus esse videtur nummus Aegypti apud Vaillant *Append. Historia Ptolem.* feminam exhibens manibus tenentem cornu Amaltheae, desinentem in caudam piscis retrorsum reflexam, cum pedibus crocodili. Confer quae de *Syria Dea* habet Lucianus in ejus dialogo.

(10) *Lib.* 1. *Reg. c.* 5. *v.* 4.
(11) *Dict. Bibl. voce Dagon.*
(12) *De Arte Poët. v.* 4.

tum veneratione affeciſſe quoſdam Nili fluminis piſces, beneficentiae nota, vel aliquo charactere inſignes; & eo magis cum nullus ex marinis piſcibus crederetur recurrere in Nilum (13). Hinc facile conciliantur contradictiones, quas non ſemel offendimus in antiquis Scriptoribus; nam ad exſecrationem maris referendae ſunt fabulae de Oſiridis genitalibus a piſcibus devoratis, qui etſi dicantur a Plutarcho (14) fuiſſe Nili fluminis, atque hac aviditate exoſi, pro marinis tamen hoc in loco intelligi debent, cum ex illis eſſent, qui facile tenderent in mare. Etenim iidem, ut inferius videbimus, ob alias praerogativas apud eandem gentem magna veneratione proſequuti fuere. Eidem averſationi referenda ſacrificia piſcium nono primi menſis die a Sacerdotibus Aegyptiis peracta (15), & abſtinentia eorundem a ſale, & aquatilibus (*h*). Quod tam certius apparet, ut ſymbolum odii piſcis apud eos fuerit (16), imo infeſtum hominem, qui ceterorum conſortium fugiat, repraeſentare volentes, Anguillam pingebant, Horo Apolline teſte (17); haec enim cum nullo alio piſce commercium habere deprehenditur (*i*). Ad benevolentiam vero, & venerationem

(13) *Strabo lib. XV. p.* 707. Lutetiae Paris. 1620.
(14) *De Iſide, & Oſir. p.* 358. Francofurti 1599.
(15) *Ibidem p.* 353.
(h) Laudatus Plutarchus *Sympoſ. Quaeſt. lib. VIII.* 8. ubi diſputat cur Pythagorei in cibis ſuis prae omnibus aliis animalibus, piſcibus abſtinuerint, affirmat Aegyptios ſalem Typhonis ſpumam vocaviſſe, & ob maris odium ab ipſo ſe abſtinuiſſe. Mare enim Typhonis nomine in ſacris fabulis compellabant, in quod Nilus incidit, & perit, ideoque piſces malo numini tributos odio proſequebantur.
(16) *Clem. Alex. Strom. lib. V. p.* 413. Lugduni Batav. 1616.
(17) *Hierogl. c. XCVIII.*
(i) Maris quoque imperii ſymbolum fuere piſces, hinc poſt infelicem contra Pompejanos Auguſti pugnam, piſcem ultro e mari ad pedes ejus ſalientem, Siciliam brevi in pote-

nem referri potest cultus Phagrorum, qui praeterquam nullum sui generis piscem comederent, adventante Nilo praecurrentes, futuram aquam praenuntiabant, ideoque eorum antecessione suspensas Aegyptiorum mentes optima spe recreabant (18). Lepidotus, qui in universa Aegypto colebatur (19) ob miram fecunditatem, & forsan quia ad ortum Veneris opem tulit, uti ex dictis in §.I. in Deorum numerum relatus fuit (*k*). Item Oxyrynchus in tanta veneratione fuit apud eandem gentem, ut civitas ab eo nomen acceperit, ubi Strabonis aevo templum huic pisci dicatum visebatur (20). Et cum Plinius adnotet (21) (siquidem recta lectio est, nam quidam codices pro oxyrynchon habent obsidionum): *Jecur vetustatis maxime patiens, centenis durare annis oxyrynchon exempla prodidere;* probabile videtur ex hac proprietate transiisse ad denotandum aeternitatis symbolum (*l*). De Physa etiam sacro Nili pisce

testate ejus futuram, indigitasse legimus apud Xiphilinum *p.* 54. *edit. Stephan.* 1592. & *Plin. lib. IX. c.* 16. Apud Christifideles piscis typum fuisse Christi, & *Piscis* appellationem ipsi tributam jam inde ab ortu Ecclesiae, observarunt Eruditi. Hinc nomen Ἰχθύος in gemmis Christianis saepe legitur, & in sepulcralibus monumentis piscem quandoque ancorae spei innitentem videre est. Vide Petri Zornii *Bibliot. Antiq.* T.1. *P.* 2. *p.* 92.

(18) *Aelianus Hist. Anim. lib. X. c.* 9.

(19) *Strabo lib. XVII. p.* 812.

(k) Ex Cyprinorum genere fuit, uti indicat Dorion apud Athenaeum *lib. VII. p.* 309. Lugduni 1612. Carpa interpretatur Cassiodoro *lib. XII. Var. Epist.* 4. Niloticum describere videtur Prospetus Alpinus *Rerum Aegypt. lib. IV. c.* 2.

(20) *Loco citato.*

(21) *Lib.* 1. *c.* 37.

(l) Oxyrynchum esse Lucium, ex eo colligebat Petrus Bellonius *lib. II. observat. c.* 32. quod is frequens admodum sit in Nilo. Hadriano Junio in Nomenclat. c. *de Piscibus* est Rajarum genus, quod βάτος ὀξύρυγχος vocetur.

pisce Aelianus testatur (22) admirabili natura praeditum, aut eum notiones habere crediderint, ejusque jecur cum luna pariter decrescere, pariterque recrescere, corporisque habitu modo esse optimo, modo gracili, & tenui. Quid quod etiam Anguillae Niloticae (m) peculiarem invenerunt cultum ab Antiphane & Anaxandride comicis apud Athenaeum (23) derisum? Sed caussam hujus cultus nemo inter Veteres patefecit, & difficile est divinare; quare contenti erimus cum Tullio (24) concludere: *Ipsi qui irridentur Aegyptii, nullam belluam, nisi ob aliquam utilitatem, quam ex ea caperent, consecraverunt.*

§. IV. Syrorum Aegyptiorumque exemplum sequutos Lydos, indigitare videtur Varro (25); & ab iisdem etiam fluxisse ad alias gentes hanc piscium religionem, facile est opinari. In Etruscorum vasculis non semel conspiciuntur pisces vehere per undas animas mortuorum ad Elysium, & hinc in eorum sacris locum habuisse apparet. Quin etiam apud Graecos, & Romanos quibusdam Diis peculiares pisces sacri fuere, uti Mercurio Boca, Citharus Apol-

Lydi, Graeci, & Romani pisces venerabantur, & quibus sacrificare fas erat se abstinebant.

(22) *Hist. Anim. lib. XII. c. 13.*

(m) Forsan quod *diutius viverent exemptae aquis*, uti adnotat Plinius *lib. IX. c.* 57. vel quod similes essent figura, & commercium habere crederentur cum serpentibus, qui in magna veneratione erant apud Aegyptios. Ex genere muraenarum fuisse Nili anguillas, apparet ex descriptione Granger *Vojage de Aegypt. p.* 239. Et cum Aelianus dicat *Hist. Anim. lib. XII. c.* 30. in templo Jovis Labradaei pisces fuisse in nitido fonte monilibus, & aureis inauribus ornatos, anguillas fuisse innuit Plinius *lib. XXXII. c.* 2. De more ornandi pisces & speciatim muraenas annulis, & inauribus, vide si lubet, Gaspar. Bartholinum *De inauribus Veter.* & Licetum *De Gemmis annularibus* in explicat. gemmae *IX.*

(23) *Lib. VII. p.* 299.

(24) *De Nat. Deor. lib.* 1.

(25) *De Re Rust. lib. III. c. ult.*

Apollini, Dianae Trigla, Libero patri Citulus, Veneri Apua, & ipsi Neptuno Pompilus navigiorum comes. Qui unicuique ob aliquam nominis, vel characterum convenientiam congruere videbantur. Sed quamvis multo minus quam alia animantia, non raro tamen pisces in sacrificiis oblatos videmus. Apud Aegyptios certe in sacrificiis ordinariis locum habuere: in monumento vulgato ab Augustino, Maffei, atque Montfauconio (26), Sacerdos conspicitur tenens sacram mensam variis oblationibus refertam, praecipue anseribus, & piscibus. Ex Etruscorum doctrina augurali pisciculis fulmina procurare docuit Numa Pompilius, Plutarcho teste in ejus vita: lepidum certe ejusdem cum Fauno colloquium refert Ovidius (27). Pisces praeterea immolatos esse cum a Graecis, tum a Romanis, contra Plutarchi sententiam apprime probat Vossius (28). Apud Romanos vero nonnisi squamosos pisces pollucere fas erat (*n*). Legem ex Cassio Hemina ita citat Plinius (29): *Numa constituit, ut pisces, qui squamosi non essent, ni pollucerent*. Eam his paene verbis latam fuisse putat Scaliger: *Pisces, qui squamosei*

(26) *Antiq. explic. t.* II. *p.* II. *tab.* 140. *fig.* 10.
(27) *Fastor. lib.* III. *v.* 338. *seq.*
(28) *De Idololat. lib.* IX. *c.* 7.
(n) Videsis Scaligerum in *Castig. ad Festum* voce *Pollucere*. *Polluctum* autem dicebatur sacrificium, vel sacrum epulum in Deorum honorem institutum. Varro *de L. L. lib.* 5. *cap.* 7. Ritus autem Romanorum ex Hebraeorum instituto manasse videtur; nam apud hos lege cautum erat, ut pisces squamis, vel pinnis carentes pro mundis haberentur. *Levit. c. XI. v.* 9. 10. *Deuter. c. XIV. v.* 9. 10. Moyses enim omnes simul pisces lacuum, fluminum, & maris in esum permisit, dummodo squamis, vel pinnis instructi essent, utriusque vero carentes rejiciendos jussit. Quare vero natatilia in ara Jehovae oblata non fuerint, ostendit Albertus Voget in erudita oratione de hoc argumento.
(29) *L. XXXII. c.* 2.

mosei non sunto, nec polluceto; squamosos omneis, praeter Scarum, polluceto. Quam exceptionem ex Festo petit, qui in verbo *Pollucere*, inter ea, quae licet pollucere, recenset pisces, *quibus est squama, praeter Scarum*. Nempe Scarum ex squamosis solum exceperunt Veteres, ut sumptibus parcerent; quia ob raritatem magno pretio veniebat. Sed apposite observat Vossius (30), hanc exceptionem Numa multo fuisse recentiorem, quia Scarus Romanis non nisi sero fuit cognitus. Ex piscibus etiam auguria desumebantur, uti videre licet in historia, quam supra retulimus de Augusto (31). Tandem abusus quoque piscium fuit in philtris, & operationibus magicis, de quo praeter alios, videndus in primis est laudatus Vossius (32).

§. V. Observatis quae ad cultum piscium pertinebant, notanda remanent pauca de superstitiosa eorundem abstinentia, & inde quae de aquatilium esu nobis generatim Veteres tradidere. Compertum habemus de Pythagoreis se a piscibus abstinuisse, secundum Magistri dogma Ἰχθύων μὴ γεύεσθαι, *Pisces ne gustato*. Plutarchus (33) de hoc instituto disputans, non aliunde derivat, quam ex perpetua philosophi imitatione Aegyptiorum doctrinae, quorum Sacerdotes, ut antea innuimus, piscibus & sale abstinebant; ne cibum aliquem mari, ipsis odioso, affinem caperent. Celebris praeterea quaestio est inter eruditos, & quidem remotissimi aevi, an omnino Heroës piscibus se abstinerent. Homerus certe de iis agens, qui temporibus vixerunt Trojani excidii, etsi Ilium foret prope Hellespontum, Piscium abstinentia in sacris.

(30) *De Idololat. lib. IV. c. 24.*
(31) *Bulengerus de Divin. lib. III. c. 20., & de Prodig. c. 46.*
(32) *De Idololat. lib. IV. c. 49.*
(33) *Sympos. quaest. lib. VIII. c. 8.*

tum, ubi nobilis piscatio erat; nullos tamen inducit piscibus vescentes, ne homines quidem insulares, utputa Ithacenses, nec minus molles Phaeaces. Quocirca Eubulus comicus rogat apud Athenaeum (34):

Ἰχθῦν δὲ πῦ γ' Ὅμηρος ἐσθίοντ' εἴρηκέ γε
Τινὰ τῶν Ἀχαιῶν;

Piscem ubinam comedisse Homerus dixit
Quendam e Graecis?

Quod factum ideo Vossius existimat, quia praecipue pisces in deliciis essent, quibus animus frangi solet; sed verius videtur, quia eorum alimentum minus aptum esse credebatur ad consolidandas corporum vires, & ideo ab heroibus aversatum. Quin ex ipso Homero liquet (35) non nisi extrema urgente inopia victus, socios Menelai, & Ulyssis piscationi se dedisse, ut piscibus vescerentur. Eustathius vero Gadarei Melegni testimonio comprobat, Veteres in genere non fuisse appetentes piscium, sed eorum esum post Homeri tempora invaluisse. Veteres etiam Romani, quos *Cascos* dicebat Ennius (36), piscibus abstinuerunt; atque inde est quod Deam Carnem, carnis, ac vitalium praesidem, non piscibus, sed fabacea pulte, ac larido placabant; nam uti cecinit Ovidius (37):

Prisca Dea est, aliturque cibis, quibus ante solebat,
Nec petit adscitas luxuriosa dapes,
Piscis adhuc illi populo sine fraude natabat,
Ostreaque in conchis tuta fuere suis.

Victus eorum praedilectus a Rhodiis, aliisque.

§. VI. E contrario Rhodios, spretis animalium carnibus, piscium esum amasse tradit Aelianus (38), & Indorum quaedam gens a piscium amore, & nimio

(34) *Lib. I. p. 25.*
(35) *Odyss. IV. v. 368., & lib. XII. v. 330.*
(36) *Apud Varronem lib. VI. de L. L.*
(37) *Fastor. lib. VI. v. 171.*
(38) *Var. Hist. lib. 7. c. 28.*

mio alimento Ἰχθυοφάγων nomen meruit, teste Eustathio ad Dionysii *Periegeticon* (39). Celebres insuper fuere apud Veteres alii populi Ichthyophagi. Arrianus (40) refert Nearchum multas Ichthyophagorum nationes detexisse, quae etiam farinam ex assis piscibus contritis parabant, unde mox panes conficiebant; quos omnes populos Alexander M. vetuit piscibus vivere (41). Ptolemaeus (42) ejusdem nominis gentem locat in Sinarum regione, quam fuisse autumat Sanson, ubi nunc Sciantonensis, & Nanquinensis Provincia in orientali parte Regni Sinarum. Longe etiam per oram sinus Arabici habitabant Ichthyophagi, quorum vivendi rationem diffuse describit Strabo (43). Apud Agatharchidem (44) habitabant oram inter Carmaniam ad occidentem, & Gedrosiam ad ortum, quos jure miratur Nonnius (45): nam plurimi populi piscibus solis vescuntur, sed in carnium penuria; isti vero carnes adeo despiciebant, ut piscibus illas objicerent (*o*). Major hodie sub Boreali caelo piscium victus est necessitas, cum illuc vix gramina adolescant, nec

c prae

(39) *Versu* 1107.
(40) *Hist. Ind. C. XXIX.*
(41) *Plinius lib. VI. c.* 23.
(42) *Lib.* 6. *c.* 7.
(43) *Lib. XVI. p.* 720.
(44) *Lib. V. de Mari Rubro c.* 12. *apud Phot. Cod.* CCL.
(45) *De re cibar. lib. III. c.* 8.
(o) Quin etiam Diodorus Siculus *lib. III. p.* 184. *Amstelodam.* 1746. Ichthyophagos ab ora Carmaniae, ac Gedrosiae usque ad intima sinus Arabici tenuisse prodit, qui sinus ab uno latere Troglodytas praetentos habet, ab altero Felicis Arabiae populos. Quod si verum est, quosdam eorum etiam in illa parte fuisse censendum est, qua Indus flumen in mare evolvitur, unde erroris ansa Pomponio Melae *lib. III. c.* 7. qui insulam Solis, quae in Ichthyophagorum Carmaniae vicinorum sinu jacet, contra Indi ostia metatur. Plinius item *lib. VI. c.* 23. Pomponii verbis deceptus, illam in eo trajectu ponit, qui Taprobanem, & latus Indiae meridionale interfluit. Vide, si lubet, de hac re plura differentem Salmasium ad Solinum *p.* 1178.

prae magnitudine frigoris pecora multiplicentur. In nonnullis Africae locis, speciatim maritimis, incolae potius piscationi refrigerandi caussa, quam venatui student, ideoque frequentius apud ipsos piscium, quam carnium usus. Imo populi circa Mascata, & Araxem unice se suaque pecora piscibus alunt. Et tandem historia gentium docet antiquiorem longe esse piscium, quam carnium esum.

Alimentum ex piscibus.

§. VII. Etsi non omnium aquatilium genera pro alimento commendarint Veteres (p), piscium tamen esum, quibusdam rationibus habitis, ut plurimum laudarunt, & carnium nutrimento praetulerunt. Marina enim obsonia, ut ait Plutarchus (46), praeterquam quod sunt suavissima, maxime etiam sunt innoxia, cum sint carnosa, nec perinde ut carnes gravent, sed facile concoquantur, & digerantur. Testimonium insuper addit ex Zenone, & Cratone, qui aegrotantes ante omnes alios cibos ad pisces ablegabant, ut levissimum. Nec mirum, mare saluberrima, & elaborata corporibus alimenta gignere,

(p) Aquatilium nomine Veteres non tantum pisces, sed testacea, frutices, & omnia denique, quae in aquis degunt, intellexerunt. Sed in distinguendis eorum generibus non ita fuere accurati, & consoni, ut nobis liceat definite redigere in classes. Plinius *lib. IX. c.* 12. a tegumento aquatilia discernit, & inferius *c.* 20. piscium differentias a figura, & pinnarum numero desumit. Ut plurimum distinguebantur pisces ab aquis, ideoque erant vel Θαλάσσιοι marini, vel Ποτάμιοι fluviales, vel Λίμναιοι lacustres; etsi quidam etiam Ὀρυκτοί fossiles fuerint. Marini vero trifariam dividebantur: Πελάγιοι, iidemque Βύθιοι, qui in profundo mari degunt, Hippocrati Πλανῆται vagantes dicti; Αἰγιαλώδεις, seu Ἀκταῖοι litorales, & Πετραῖοι saxatiles, & quidem omnes, vel Ἀγελαῖοι gregales, vel Σποραδικοί singulares, ut cete. His addi possunt Ἀναδρόμοι e mari in flumina recurrentes. Porro uti dictum est a tegumento quidam erant Λεπίδωτοι, seu Φολιδωτοί squamosi, alii Λεῖοι, leves, nonnulli Δάρτα, quibus aspera cutis, sed sine squamis; Ὀστρακόδερμοι, testacei, ceu conchae, & Μαλακόστρακοι, mollis testae, veluti carabi, cancri. Tandem a compage Σελάχη cartilaginosi, Μαλακοί molles, Σκληρόσαρκοι durae carnis, & Ἁπαλόσαρκοι mollis carnis. Quandoque etiam a figura, magnitudine, & ossiculis capitis discrimina capiebant.

(46) *Sympos. lib. IV. quaest.* 4.

gnere, quando nobis aërem subtilitate, ac puritate utilem reddit. Hinc recte observat Nonnius (47), pisces natura sua citra morbos adeo degere, ut in proverbium transierit, *Pisce sanior*, de homine sano, & valido; enim per raro morbis obnoxii vivunt, & notante Aristotele (48) cum pestis nunc in armenta, nunc in volucres grassetur, in pisces nunquam incidit. Quod verius, quam de raritate morborum, dici potest: & certe ratione victus, & aquarum insalubritate aegrotare possunt pisces: quod apparet, cum aliquot extenuatos, & similes languentibus, coloreque immutatos, inter multos pingues validosque ejusdem generis captos esse constat. Audiamus Galenum de hujusmodi victu differentem (49): *Piscium alimentum hominibus otiosis, senibus, imbecillis, & aegrotis est commodissimum: qui vero corpus exercent, cibos postulant firmiores*. Et alibi latius (50): *Qui vitam in majori otio ac quiete degunt, iis non modo a suum esu est temperandum; abunde enim est eis avibus montanis, & piscibus saxatilibus, ut puta Julide, Phuca, Merula, Turdo, Scaro, in summa omnibus, quae carnem habent mollem, & friabilem; ab aliis vero, quae duram habent, vel lentam, omnino eis est abstinendum* ..... Nos autem plura congerere de piscium bonitate in alimentis supervacaneum putamus, cum id de industria, & distincte agat Xenocrates noster, qui etsi breviter omnia perstringat, nihil sane omittit in notandis eorum qualitatibus, & differentiis, quod ad salubritatem attinet. Et praeter ea, quae in notis ad ipsum addidimus ex Aristotele, Athenaeo, Galeno, aliisque veteribus Scriptoribus, lectoribus gratum fore existimamus ex antiqua bromologia pauca quaedam de piscibus praelibare. Florentibus honestis studiis apud

 Grae-

(47) *De re cibaria lib. III. c.* 8.
(48) *Hist. Anim. lib. VIII. c.* 19.
(49) *De Alim. Fac. lib. III. c.* 29.
(50) *De Attenuante victus ratione c. VI.*

Graecos, & Romanos, ut Nonnius obſervat (51) non defuere decora ingenia, quae exactam de piſcium natura, & ſalubri illorum alimento doctrinam poſteris tradidere, ut ex Scriptorum fragmentis conſtat apud Athenaeum, qui quamplurimos laudat, & profert de hac materia tractantes. Sed eorum ſcripta injuria temporum interciderunt, eo magis quia nemo ex Arabis, qui in proprium ſermonem plurima illuſtrium Graecorum Philoſophorum opera converterunt, ſtudium contulit in opera, quae de natura, & alimento ex piſcibus tractabant; nam Arabes ut plurimum mediterranea loca, & valde aeſtuoſa, ac procul a mari ſita incolebant, ubi plerumque piſcium inopia erat. Contra Graeci, quibus circumfuſum undique mare inexhauſtam aquatilium copiam praebebat, magnam curam adhibuere in perquirenda piſcium natura, & indole. Et primum ab aquis diſcrimina petebant pro ſalubri piſcium alimento. Hippocrates (52) ita diſtinguit: Καὶ οἱ μὲν λιμναῖοι, καὶ πίονες, καὶ οἱ ποτάμιοι, βαρύτεροι· οἱ δὲ ἀκταῖοι θαλάσσιοι, κουφότεροι· *Lacuſtres piſces, & pingues, & fluviatiles graviores; litorales vero marini leviores.* Sed de fluvialibus rem explicat Simeon Sethi: *Piſces, qui in fluminibus puris, & limpidis paſcuntur, boni ſucci ſunt; ſicut qui in turbidis, & in quae cloacae, & ſordes influunt reliquaque immunda, mali ſucci ſunt.* Deque hujuſmodi fluviatilibus intelligi etiam debet Xenocrates, quando eos cum lacuſtribus conjungit. Certum enim eſt, ait Nonnius (53), inter fluviales eſſe, qui ſucci bonitate cum marinis certare poſſunt, ut Perca, quae in Rheno naſcitur, Salar in Moſella, Coracinus in Nilo, tum univerſi qui ἀνάδρομοι *recurrentes* vocantur (54): hi revera ſunt marini piſces, quia in mari nati, ſed fluminum dulcedine al-

(51) *L. III. c. 1.*
(52) *De Affection. ſect. XLVI. & de Diaeta lib. II. ſect. XVIII.*
(53) *Lib. III. c. 12.*
(54) *Vide notam 3. pag. 27.*

allecti, subeunt ea ad multa saepe milliaria. Quare Xenocrates noster dicit illos non esse expertes τῆς πελαγίας ὕλης (q) *marinae materiae*; sed quamvis bonitate proximi sint marinis piscibus, non sunt certe cum his aequiparandi, & aliquanto sunt deteriores; nam Galenus (55) ex marinis illos praefert, qui nunquam fluviorum ostia superant; imo mare illud deterius dicit, quod plures, & majores fluvios admittit. Diversitas porro marium discrimen facit piscium, quos educat. Laudatus Galenus in citato loco ait: *Piscium optima est caro, qui puro mari vivunt, praecipue cum ventorum procellis agitatur; nam in quieto, nullisque agitato fluctibus, tanto ipsorum caro fit deterior, quanto minus exercitatur.* Et paullo inferius: *Quod si praeterea ad Boream spectet* (mare), *longe erunt meliores; cum enim exercitationes propriae non parum ad succi bonitatem omni animanti conferant, puritas adhuc ejus venti, qui aquae miscetur substantiae, ipsorum bonitatem auget.* Noster Auctor (56) Tyrrheni maris pisces suaviores affirmat esse, quam Adriatici. Plinius etiam de piscium bonitate pro diverso mari variantium verba facit (57). Ceterum in marinis ipsis discrimen est: saxatiles nempe sunt meliores; quia, ut ait Hippocrates (58) ἅτε γὰρ ἀτρεμίζοντες ὄντες, ἀραιὴν τὴν σάρκα καὶ κούφην ἔχουσι. *Cum sint quiescentes raram, ac levem carnem habent:* ideoque, teste Diphilo, facile digeruntur, bonum succum gignunt, detergunt, & leves sunt ventriculo; pelagii vero difficilius digeruntur, etsi multum alunt. Quod ad

 aeta-

(q) Hinc Diphilus apud Athenaeum *lib. VIII. p.* 355. marinos dicit εὐπέπτους, *concoctu faciles*; nam concoctio in ventriculo secundum Empedoclem per putrefactionem conficiebatur: hinc non semel confunduntur πέψις, & σῆψις, ideoque Hippocrates in *lib. de Affectionibus* excrementa ἄσηπτα pro ἄπεπτα intelligit.

(55) *Lib. III. de Alim. Fac. c.* 25.

(56) *Cap.* 3.

(57) *Lib. IX. c.* 18.

(58) *De Diaeta lib. II. sect.* 18.

aetatem ſpectat, a Cornelio Celſo (59) ſenectuti praefertur *in piſcibus media aetas, quae nondum ſummam magnitudinem implevit:* rationem adducit Ariſtoteles (60): Φαῦλοι οἱ γέροντες τῶν ἰχθύων· πολὺ γὰρ συντήκεται τῆς σαρκός. *Deteriores ſunt piſces vetuli; multum enim carnis abſumitur*. Etiam pro anni tempore, quo capiuntur, differebant piſces. Hinc Xenocrates adnotat: Καὶ ἔαρος μὲν οἱ πλεῖστοι διὰ τὸ ὠοτοκεῖν, ἀμείνους, ὡς τρίγλαι· θέρους δὲ, φάγροι τε καὶ συνόδοντες. Φθινοπώρου δὲ ἥπατοι παραιτητέοι, κακόχυμοι ὄντες· κεστρῖδαι, καὶ λάβρακες, τρυφερότεροι. *Verno etiam tempore quamplurimi, quod ova pariant; ſunt praeſtantiores, ut Mulli: aeſtate vero Phagri, & Sinodontes; autumno autem Hepati improbantur, quia tum ſunt mali ſucci: Mugiles, & Lupi tum magis ſunt teneri, ac molles*. At piſcium in genere omnium partes quaedam praeſtantiores habebantur. Hippocratem audire juvabit ita loquentem (61): Τῶν δὲ ἰχθύων ξηρότατά ἐστιν τὰ ἄνω· κουφότατα δὲ τὰ ὑπογάστρια, καὶ κεφαλαὶ ὑγρότεραι διὰ τὴν πιμελὴν καὶ τὸν ἐγκέφαλον. *Piſcium ſicciſſimae ſunt partes ſuperiores; leviſſimae ventris inferioris, & capita humidiora propter pinguedinem, ac cerebrum.* Galenus (62) partes, quae ad caudam ſpectant, ut exercitatiores, magis laudat, ſicut etiam Xenocrates: nam cum motu exerceantur, bonum alimentum praebent, & teneriores ſunt; quae vero ad ventrem, cum pingues ſunt, tum fluitant, & facile excernuntur: in dorſo itidem dura caro eſt, at capita omnino propter ſalſum humorem, non nutriunt, & difficulter diſtribuuntur. Et cum Plinius in Thynnis, quae caudae proxima ſunt, damnari aſſerit (63), innuit tamen in alio omni piſce, exceptis Thynnis, probari partes circa caudam,

(59) *Lib. II. c. 18.*
(60) *Hiſt. Anim. lib. VIII. cap. ult.*
(61) *De Diaeta lib. II. ſect. 16.*
(62) *L. c.*
(63) *Lib. IX. c. 15.*

dam, *quia exercitatissimae sunt*. Quorundam piscium partes quasdam commendarunt Veteres potius ad gustus, quam ad salubritatis usum, veluti caput Glauci, ut & Archestratus Congri Sicyonei magni, & pinguis caput, & interanea commendat; jecur Scarorum, dorsum Congri, capita, atque jecinora Mullorum, Thynni epigastrium, Clidium lumbos, lactes Muraenarum, caudam Mugilis &c. Praeterea pinguiores pisces citius emarcescere ait Galenus (64) ac facillime putredine tentari, ideoque cum origano ipsos parare jubet, ut luxurians arvina castigetur. Et alibi (65) docet explorare piscium salubritatem ex mollitie, & friabilitate ipsius carnis: quod si durioris carnis sint, ut friabiles redderentur, & tardius corrumperentur, nive illos circumdabant Veteres. Vulgaris medicina apposite praecipit pisces aestimari debere, & discerni odore, ac gustatu; olidi enim insuaves, & mucosi sunt qui in aquis vitiosis aluntur. Ex apparandi etiam ratione piscium alimentum commendabatur: simplicius conditum quodvis obsonium coquitur facilius, & praecipue saxatilis piscis, uti observat Diphilus (66). Hippocrati (67): Ἰχθύες κοῦφον ἔδεσμα, καὶ ἑφθοὶ, καὶ ὀπτοὶ, καὶ αὐτοὶ ἐφ' ἑαυτῶν, καὶ μεθ' ἑτέρων σιτίων. *Pisces leve sunt alimentum, & elixi, & assati, tum ipsi per se, tum cum aliis cibis*. Fiebant etiam ex piscibus edulia jurulenta, & quae frequenter commemorat Galenus, aegrotis utilia, jus praesertim album, quod parari docet (68) ex aqua, & oleo, aneto, & sale. An vero quod κοῦφον ἔδεσμα pisces fore putaverint Medici antiqui, ideoque nimis commendaverint aegrotis, & potissime in convalescentium diaeta, nullus affirmare audeo. Verum potius crediderim, cum plurimi

(64) *Lib. de cibis boni, & mali succi c. XV.*
(65) *Lib. de Attenuante victus ratione c. VI.*
(66) *Apud Athenaeum lib. VIII. p.* 355.
(67) *De Affectionibus sect. XLVI.*
(68) *De Alim. Fac. lib. III.*

in sanitate piscibus uterentur frequentius, quam carnibus, quemadmodum in Symposio docet Plutarchus, unde consuetudinem quam maxime respiciendam jubet Hippocrates, hac ratione impulsos potius id factitasse; alioquin pisces corruptioni obnoxios non facile concederent, nisi quibus hujusmodi cibo vesci sit solitum, sicut de Venetis scripsit Martialis (69):

In Venetis sint lauta licet convivia terris,
Principium coenae Gobius esse solet.

Ceterum Athenaeus (70) ex Diphili libro, quem citat, de his, quae afferuntur aegris, ac sanis, & ex libro de eduliis Mnesithei, plura adnotat de salubritate, & ratione parandi notiores pisces, singulorum temperamentum, qualitates, atque effectus in diaeta praesertim medica indicans.

Eorum usus in salubri diaeta.

§. VIII. Sed ut veteres sola experientia, & ex facili coctione piscium vires, & bonitates distinxere; ita recentiores medici, & Hist. Naturalis periti non solum his freti argumentis proprietates piscium notant, imo etiam analysi chymica examinant eorum principia componentia (*r*). At nobis satius esse videtur potius transcribere, quae breviter, & accurate de hac re perstringit Cl. Joseph Jacobus Plenk in suo de Bromatologia (71) opere, quam plura ex variis auctoribus congerere de piscium esu. Et primum a loco, in quo degunt dividit pisces in *Fluviatiles*, qui salubriores, & sapidiores sunt, quo velocior fluvii cursus: *Lacustres*, qui profecto pinguiores sunt, at laxi, mucosi, & ob odorem, & sa-

(69) *Lib. XIII. Epig. 88.*
(70) *Lib. VIII. p. 355. seqq.*
(r) Piscium paene omnium caro analysi chymica dissoluta, substantiam praebet tenuem, gelatinosam, & mucosam, hinc particeps apparet naturae animalis, & vegetabilis: sed cum ejus gelatina nimis sit aquosa in comparatione illius, quae ex quadrupedibus, & volatilibus extrahitur; hinc fit, ut ex nimio piscium alimento vires debilitentur, & stimuli libidinis obtundantur.
(71) *Viennae edit. an. 1784.*

saporem limosum ingrati, & insalubres evadunt; sed non spernendos dicit pisces lacuum, quorum aqua sat valde movetur: *Marinos*, qui, paucis exceptis, duri sunt, & digestu difficiliores: Et *Amphibios*, qui pulmone arbitrario instruuntur, molles ut plurimum, & sapidi, alii vero duri, & digestu difficiliores. Indoles piscium est tenuis gelatina mucosa, hinc eorum natura inter vegetabilem, & animalem ambigit. Principium enim gelatinosum paene aeque ac in carne bubula abundat (72), at multa aqua, & mucilagine dilutum. Putrescendo foetidi alcalini liquoris plus praebent, quam carnes bubulae, & his multo citius putrescunt. Hinc nutriunt tenui gelatina mucosa, sed cum sint paucissimi sanguinis, & pinguedinis, & gelatina valde aquosa abundent, minus utique alunt, minus sanguinis rubri faciunt, minusque dant roboris, quam quadrupedes, & aves; ideoque laboriosis hominibus ab esu piscium virium, & libidinis diminutio. Lactes vero piscium nonnisi in Lucio aestimantur. Ova omnino sunt ob duritiem digestu difficilia, insalubria, imo in quibusdam venenata. Cauda, quae spinis non abundat, in plurimis est pars optima. Plurimi insuper pisces macescunt, postquam ova generarunt: hinc tempore vernali macilescunt, & insipidi inveniuntur. Praeparatio, qua pisces ad esum adaptantur, varia est: comeduntur enim recenter capti aceto elixati, qui quidem digestu faciles, sapidi, & saluberrimi sunt: pinguiores frixi in craticula melius sapiunt, & digestu sunt faciliores. E contrario frixi cum butyro, aut oleo in sartagine, sapidi quamvis, ob multam pinguedinem digestu difficiliores sunt: sale vel aceto conditi difficile digeruntur ob duritiem, itidemque infumati ob duritiem digestu valde difficiles, & cacochymi. Aëre siccati, digestu non adeo difficiles, si nondum subputridi, & ad mollitiem cocti. Embemmati optimi, & digestu faciles sunt. Gelati, ob gelu

(72) *Haller Elem. Phys. T. VI. p.* 203.

gelu glutinofitatem digeftu difficiles. Quod fi faporem, & odorem limofum pifcium lacuftrium quis difpellere velit, aqua pura, vel fluviatili aliquod ante efum tempus includantur, & aqua falina bene abluantur. Cum vero pifces facile, & citius quam carnes putrefcant, atque plus contineant foetidi alcalini liquoris, quam carnes putrefcentes; ideo frequentior eorum efus putrido-alcalinam in primis viis, & in fanguine generat acrimoniam, ex qua fcabies, epidermidis totius fecelfus, fcorbutus, ulcera maligna putrida, morbus pedicularis, febres putridae, vermes, & a pifcibus rancidis lepra obfervantur. In animalibus, quae pifcibus pafcuntur, rancidus, & fluidus eft adeps, lac ingratum, & carnes foetidae. A pifcibus vero falitis, fcorbutus, inflammatio, & excoriatio genitalium in utroque fexu proveniunt. Hactenus laudatus Plenk. Nunc breviter percurrenda reftant, quae circa luxuriofum pifcium ufum nobis Veteres tradidere.

In luxu, & deliciis habiti apud Graecos, & Romanos.

§. IX. Pifcium frequens ufus fuit in Graecia *(s)*, fed rariora & praeftantiora eorum genera ditioribus in deliciis fuere (73), qui nempe ratione loci, & alimenti feligebant pifces non qui effent falubriores, fed

(s) Non folum ad obfonia pifces referebantur, unde Terentius in *Andr. Act. II. fc.* 2. paululum obfonii cum minutis jungit pifciculis, fed κατ' ἐξοχὴν ὀψώνιων, vel ὀψαρίων nomine pifces intelligebantur, ea ratione, quam affert Plutarchus *Sympof. lib. IV. quaeft.* 4. Ὡς πολλῶν ὄντων ποιητῶν ἕνα τὸν κράτισον ἐξαιρέτως ποιητὴν καλῦμεν. ὕτως πολλῶν ὄντων ὄψων ἐκνενίκηκεν ὁ ἰχθὺς μόνον ἢ μάλισά γε ὄψον καλεῖσθαι διὰ τὸ πολὺ πάντων ἀρετῇ κρατεῖν. *Sicut e multis poëtis unum reliquis praeftantiorem eximio poëtae nomine afficimus: fimiliter, cum multa fint obfonia, folus tamen pifcis hanc palmam adeptus, ut praecipue vocaretur obfonium, quia virtute longe ceteris antiftat.* Hinc Hippocrates explicate pifces appellat ὄψον θαλάττιον. Et militum ftipendia, quorum partem faciunt pifces fale conditi, dicuntur ὀψώνια in Novo Teftamento *Luc. III. v.* 14. & *Epift. ad Rom. VI. v.*23. Imo etiam apud S. Johannem *XXI. v.*9. 11. τῶν ὀψαρίων nomine veniunt pifces, ubi dicuntur *CLIII.* pifces per miraculum capti, quot nempe genera pifcium enumerat Oppianus.

(73) *Ariftophanes in Ranis act. IV. fc.* 2. *v.* 1100.

sed qui linguae magis saperent. Haec gustus diligentia compulit illum ὀψοδαίδαλον Archestratum, ut tantum locorum peragraret, quo de sapore judicaret exactius (74). Hinc quoque est, quod praelatas esse legimus anguillas Baeotias, carabos Scyrios, maenidas Caristias, pagros Eretricos, thynnos Megarenses, & sic in aliis quibusdam. Et ob hoc gulae studium plurimi piscium cum gravidi essent meliores existimabantur, ut crusta intecti, quales locustae, cammari, aliique, qui certe ubi ovis implentur in pretio sunt, alias vero vilescunt: molles etiam, ut lolligines, sepias, polypos, tunc praestare refert Aristoteles (75), qui insuper addit fluviatiles, & lacustres pisces optimos esse post partum. Apud Romanos vero ita excrevit piscium luxuria, ut saepe in contentionem adducerentur, quo majoribus piscem unum emerent pretiis. Advecti ex alto, ac longinquo mari (76) in electissimis vivariis, imo lacubus de industria exstructis delicatissime alebantur; quin etiam quandoque humano sanguine saginabantur (77). Et vix piscinae laudabantur, nisi quae pisces haberent marinos. Hinc Varro (78): *Sic nostra aetas, inquam, luxuria piscinas protulit ad mare, & in eas pelagios greges piscium revocavit. Non propter hoc appellati Sergius Orata, & L. Muraena? Quis enim propter nobilitatem ignorat piscinas Philippi, Hortensii, Lucullorum. Muraenas praesertim alere in his vivariis solebant, tum ob saporis gratiam, tum ob insignem vivacitatem, & mansuetudinem. Flutas* vocari asserit Macrobius (79), quod in summo fluitent, ac sole torrefactae gaudeant. C. Hirrius ante alios, Plinio teste (80), *Muraenarum vivarium pri-*

(74) *Athenaeus lib. VII. p.* 278.
(75) *De Gener. Anim. lib.* 1. *c.* 19.
(76) *Juvenalis Sat. V. v.* 1000. *& Seneca ad Helv. c. IX.*
(77) *Dio lib. LIV. p.* 537. *Hanoviae* 1606.
(78) *De R. R. lib. III. c.* 3.
(79) *Satur. lib. II. c.* 11.
(80) *Lib. IX. c.* 55.

privatim excogitavit, qui coenis triumphalibus Caesaris Dictatoris sex millia numero muraenarum munera appendit. Et paullo inferius addit: *Apud Baulos in parte Bajana piscinam habuit Hortensius orator, in qua muraenam adeo dilexit, ut exanimatam flesse credatur. In eadem villa Antonia Drusi, muraenae, quam diligebat, inaures addidit, cujus propter famam nonnulli Baulos videre concupiverunt (t)*. Cochlearum vivaria instituit Fulvius Hirpinus in Tarquinensi, eodem Plinio teste (81). Cum cochleis jungebantur ostrea (*u*), quae in principio coenae apponere solebant Veteres (82). Praeter muraenas, & ostrea, mullum, lupum Tiberinum *(x)*, acipenserem, auratam, scarum, aliosque in pretio fuisse legimus. Et sane a pondere aestimabantur, adeoque in ipsis conviviis ponderabantur, adstantibus notariis multis, qui ponderis scilicet miraculum referrent in pugillares (83): *Mullum*, inquit Seneca (84), *ingentis formae (quare autem non pondus adjicio, & aliorum gulam irrito? quatuor pondo, & ad selibram fuisse ajebant) P. Octavius quinque sestertiis emit*. Quod erit scutatorum CXXV. Sed adhuc

(t) Muraena Sicula imprimis apud Romanos magno in honore fuit. Quomodo apparetur, ex Apicio videre est *l. IV. c. 2.*

(81) *L. IX. c. 56.*

(u) Praeferebantur ostrea, quae in Lucrino lacu, & Bajano sinu, necnon quae apud Circeum montem, & in sinu Tarentino capiebantur: imo delicati primo morsu deprehendebant, ubi capta essent. Juvenalis *Sat. IV. v. 140. seqq.* Martialis *lib. III. Epig. 60.* Petronius *Satyr. p. 424. Amstelodami 1669.*

(82) Stukius *Antiq. Conviv. lib. III. c. 1.*

(x) Scilicet inter duos pontes Sublicium, & Palatinum captum. Plin. *lib. IX. c. 54.* Macrob. *Satur. lib. 2. c. 12.* Imo tam praedilectus lupus fuit Romanis, ut per synecdochen generis *Piscem* appellarent. Varro apud Macrobium *Satur. II. c. 12. Ad victum optima fert ager Campanus, frumentum, Falernus vinum, Casinas oleum, Tusculanus ficum, mel Tarentinus, Piscem Tiberis.*

(83) Ammianus *lib. XXVIII. c. 4.*

(84) *Epistola XCV.*

huc carius, Plinio teste (85): *Asinius Celer ex consularibus hoc pisce (mullo) prodigus, Cajo principe, unum mercatus est octo millibus nummum*. Hoc est scutatis CC. quod non facile repertum iri putabant sua aetate mullum, qui duas libras pondere excederet. Hujusmodi quamplurima exempla facile in antiquis Scriptoribus, & aevi praesertim Augg. invenies. Piscibus nomina nonnulli imponebant, & ad illa vocati, inclamatique adveniebant (86): imo etiam fugitivorum inquisitores constituebant, unde Juvenalis cecinit (87)

. . . . dispersi protinus algae
Inquisitores agerent cum remige nudo,
Non dubitaturi fugitivum dicere piscem,
Depastumque diu vivaria Caesaris.

Tintinnabuli sonitu pisces vendi consueverunt: apud Graecos certe ὀψοφάγοις illo in forum convocare moris erat ad piscium venditionem, quod fiebat, ut quam recentes venire possent (88). Romae quandoque per praeconem hoc factum invenimus (89), ubi etiam in usu fuit piscium gerulos magnis clamoribus, ac cursim incessisse, ne conferta turba properantibus esset impedimento, uti ex Seneca (90) colligere licet: *Mirabamur tantum in illis esse fastidium, ut nollent attingere, nisi eodem die captum piscem; qui, ut ajunt, saperet ipsum mare: ideo cursu advehebatur, ideo gerulis, cum clamore, & anhelitu properantibus, dabatur via.*

§. X. Peculiaris apud diversas gentes condiendi pisces modus erat: sic omnes Siculi, ac Itali plerique, teste Archestrato, solebant caseo, aceto, ac lasere pisces condire; Byzantii vero absynthio, sale, & allio, ut ostendit Diphilus. Graecorum, ac Romanorum varias piscium praeparationes apud Athe- Specialis eorum conditura.

(85) *Lib. IX. c. 17.*
(86) Plinius *lib. X. c. 70.*
(87) *Satyr. IV. v. 48.*
(88) *Plutarchus Sympos. lib. IV. quaest. 4.*
(89) *Juvenalis Satyr. IV. v. 32.*
(90) *Natur. quaest. lib. III. c. 18.*

thenaeum per totum ſeptimum librum, & Apiciur
videre eſt. Nec tamen omitti debet ſingularis m
thodus, quam legimus apud Lampridium in Hel
gabalo (91). *Piſces*, inquit, *ſemper quaſi in m*
na aqua cum colore ſuo coctos, *conditura Veneta*.
medit. Nempe piſces ei ſic coqui pararunt, ut
alio colore menſis inſerrentur, quam quo eſſent
cum in aquis marinis verſarentur, atque hanc
Lampridius *condituram Venetam*, ſic dictam a
re Veneto, qui idem eſt, vel affinis admodı
lori maris, ſeu τῷ θαλασσοειδεῖ. At cum nobis
compertum tale artificium, opinari prorſu
piſcem etſi ejus caro mucilaginoſis partibus
ut facile admodum putreſcat, & ad ignis
tatem quamvis levem frangatur; tamen o
rum, & nitri non tantum defendi a put
verum etiam integrum, & conſiſtentem fie
quitur in aquis, & praeſertim marinis, q
concurrunt ad reſtringendam, & fixand
carnem. Quilibet enim piſcis, carnoſis
ex gula detractis, & expoſitus aëri per
ras; ut ejus pellis relaxetur, & diſtend
ta, vel lineo panno involutus, & exte
lento igne coquatur, cum magna cop
tabilis, & nitri, & ſtatim ac coctus
ab aqua, ne exterius congeletur; app
& tam promptus colore, ac nitore
maxime dicere poſſis exemptum m
conſtat coquos apud Veteres ſumm
piſcibus ex colore quaeritaſſe, und
tur a Philemone apud Athenaeum

. . . . ἐ δ᾽ ἀνωθεν ἐξηνθισμένον·
Ἀλλ᾽ οἷος ἦν ζῶν κ᾽ ἐκτὸς ὢν τιθτ
Piſcem appoſui non alio q
perne tinctum,
Sed qualis vivus, talis & a

(91) *Cap. XXIII.*
(92) *Lib. VII. p.* 288.

Et mox alius coquus apud Nicomachum poëtam de artis suae praenotionibus ait (93):

.... ἀλλ' ἔμπροσθε δεῖ
Ζωγραφίας ἧφθαι.

Antea nempe convenit picturam attingere.

Apud Hippocratem (94) coloris genus est in conditura piscium Καρυκοειδὴς dictus, quem Galenus exponit ὕφαιμος, *subsanguineus*.

§. XI. Nunc pauca notanda remanent de piscibus Fossilibus, qui Graecis ἰχθύες ὀρυκτοί dicuntur. Theophrastus peculiarem librum conscripsit de piscibus in sicco degentibus, ex quo, praeter Aelianum (95) & Strabonem (96), Plinius (97) refert circa Babylonis rigua, in Ponto, Paphlagonia, & alibi (y) pisces *decedentibus fluviis, in cavernis aquas ha-* Pisces Fossiles.

(93) *Eodem lib. p.* 291.
(94) *Epidem. lib. IV. sect.* 14.
(95) *Hist. Anim. lib. V. c.* 27.
(96) *Lib. IV. p.* 182., *& lib. XII. p.* 562.
(97) *Lib. IX. c.* 57.
(y) Et ne proferamus auctoritatem Aristotelis *lib. De Mirandis auscultationibus*, in autentico certe *lib. De Respiratione* ait: Ἐπεὶ καὶ τῶν ἰχθύων οἱ πολλοὶ ζῶσιν ἐν τῇ γῇ, ἀκινητίζοντες μέντοι, καὶ εὑρίσκονται ὀρυττόμενοι. *Quandoquidem & piscium multi in terra, sed immobiles vivunt, & defossi inveniuntur*. Athenaeus item *lib. VIII. p.* 332. ex Polybio gravissimo scriptore idem confirmat evenisse ultra Pyrenaeos montes ad Narbonem usque, in campis per quos Illiberis, & Ruscino fluvii juxta civitates ejusdem nominis decurrunt; cujus loci, addit, tenue solum est, ac subnascente multo gramine herbosum, sub eo vero cum ad duos tresve cubitos arenosa terra sit, quam admovent aquam fluvii, labi, & cum effusa illa pisces sub terra meantes, pabuli caussa, quod radice graminis impense delectentur, subterraneis piscibus universa illa ora impletur, quos, egesta humo, capiunt. At contra Pomponius Mela *lib. II. c.* 5. id aperte negat, & hallucinari auctores scribit, marinos nempe pisces, prout indicat natura loci in Leucata prope Narbonem, pro fossilibus accepisse. Id enim incredibile visum Senecae *lib. III. quaest. nat. cap.* 17. ideoque vulgo prodigii instar expiandum, testibus Livio *lib. XLII. c.* 2. & Juvenali *satyr. XIII. v.* 64.

.... *Bi-*

habentibus remanere. Quosdam inde exire ad pabula pinnulis gradientes, crebro caudae motu, contraque venantes refugere in suas cavernas, & in iis adversos stare: capita eorum esse ranae marinae similia, reliquas partes gobiorum, branchias ut ceteris piscibus. Haec comparatio, ait Laurentius Gronovius (98) *me movet ut credam de Claria Siluriforma in Zoophylacio nostro descripta n.322. hic agi, qualis piscis reperitur in rivulis Syriae.* Latius describuntur ab Agricola his paene verbis (99). Duorum generum inveniuntur, sed intra terram nonnihil teretes, ut anguillae, at pelle carent tenaci, squamis etiam, ut & gobii, duramque, nec admodum jucundam gustui habent carnem. Majores crassi sunt fere duos digitos, minores digitum. Illi longi circiter palmos quatuor; hi tres sonum edunt acutum. Dorsum habent coloris cinerei, cum punctis multis, maculisque transversis partim nigris, partim caeruleis, in lateribus linea utrinque nigra, & alba: venter flavus est cum maculis albis, & punctis rubris, ac nigris, ita parvis ac si acu factae essent: ab ore carneae particulae eminent, quas nando extendunt, extra aquam contrahunt. Eos pharmacopolae in vitro inclusos de trabe suspendunt, ut spectaculum hominibus praebeant, longoque tempore alunt pane, & aliis quibusdam. Jonston (100) pisces fossiles vocat quaedam species Cobitis sub arena sepulti, & in Germania eruti, atque in cibum usitati. Artedi est Cobitis caerulescens, lineis utrinque quinque nigris longitudinalibus. Ab aliis appellatur Mustela Fossilis, & piscis Lampetriformis Norimbergae, & Ratisbonae.

ZE-

. . . . . Bimembri
Hoc monstrum puero, & miranti jam sub aratro
Piscibus inventis, & fetae comparo mulae.

De his speciatim loquitur S. Augustinus *lib. III. Genes. c.8.*

(98) *In notis ad hunc Plinii locum.*

(99) *Lib. de Anim. subterraneis.*

(100) *Lib. III. Tit. 2. c. 7.*

ΞΕΝΟΚΡΑΤΟΥΣ

ΠΕΡΙ ΤΗΣ

ΑΠΟ ΕΝΥΔΡΩΝ

ΤΡΟΦΗΣ.

XENOCRATIS

DE

ALIMENTO

EX AQUATILIBUS.

I.

Πεποίηται[1] μὲν ἡ νηχαλέα φύσις[2] σιτίων ἄθυρμα[3] ταῖς εὐτραπέζοις[4] ἀπολαύσεσι, μέγα δ' ὅλως[5] κἂν ταῖς καθ' ὑγείαν[6] διαίταις. ἐξαλά-

[1] πεποίηται) In Cod. Reg. 2. exaratur ἐποίηται, omiſſa littera initiali. Ancora.

[2] ἡ νηχαλέα φύσις) *Natantium natura*, Raſarius: ita ut genus ſit ad omnia, vel pleraque aquatilia animalia: ſicut & Latini quidam poëtae *mutas natantes* dixerunt; apparet autem ſic a νήχομαι fieri νηχάλεος, ut a νήφω νηφάλεος. In huiuſmodi quidem nominum terminationibus αλ ſyllabam redundare, teſtis eſt Euſtathius. Sed paullo inferius etiam Aquatilium genera enumerans Xenocrates, ſic habet: τῶν δὲ ἰχθύων, ἃ μέν ἐστι νηχάλεα: ἃ δὲ, σελάχη: τὰ δὲ μαλάκια: τὰ δὲ ὀστράκια: ubi Raſarius ſimiliter pro νηχάλεα, *natantes* reddit, quod admitti non poteſt; nam ſequentes etiam piſcium ſpecies, σελάχη, & μαλάκια natant. Hoc animadvertendum, in hac diviſione μαλακόστρακα praeterita; ideoque νηχάλεα, ceu ſpeciei unius nomen hoc in loco poſitum, mihi ſuſpectum eſſe. Apud alium ſane auctorem νηχάλεος nomen hactenus nullum reperi. Gesnerus. P. Vinding. & Fabricius ἡ νηχαλαίων φύσις, quam lectionem Raſarius ſecutus videtur. Franzius. Cod. Reg. 1. 2., & Voſ. νηχάλεα. Moſ. ἡ νηχάλεα. Hic vero φύσις eſt αἰσθητικὴ δύναμις, uti ait Galenus, quae circa σύγκρισιν, ἐξαλλαγὴν, καὶ τροφὴν aquatilium verſatur: quod apparet

Natantium natura cibus exſiſtit, qui in conviviis ſplendidis in deliciis eſt habitus, & magnum quoque ad ſalubrem victus ratio-

tio-

paret ex ipſo orationis contextu. Vide Galenum *Comm. I. in Hippocr.* περὶ Φύσεος ἀνθρώπȣ. Eodem ſenſu Cicero *De Fin. V.* 10. *Stirpium naturas*, ait, *perſequutus eſt Theophraſtus*. An.

[3] σιτίων ἄθυρμα) Eleganti metaphora cibum piſcium lautiorum conviviorum ludos nominat; ut qui oblectationis & condimenti potius gratia (unde & ὄψα per excellentiam dicuntur) a ditioribus appetantur. Ἄθυρμα quidem proprie *luſum puerilem & laſcivum extra thyras, id eſt fores, diſcurſum* ſignificat, ut notat Favortinus Camers. Gesn.

[4] εὐτραπέζοις) Fabricius ἐντραπέζοις ex operarum errore. Fr. Cod. Voſ. ἐν τραπέζαις Moſ. εὐτραπέζαις. Utrunque minus recte: verior lectio Franzii, quam exhibet Cod. Reg. 2. Εὐτραπέζοις enim bene apponitur ſubſtantivo ἀπολαύσεσι, id eſt, oblectamentis, quae percipiuntur ex ſplendidis conviviis. De piſcium luxu in epulis lautioribus, vide Diſſert. noſtram §. *IX. X.* An.

[5] δ' ὅλως) Ex ms. Vindingii Fabricius δ' ὤφελος poſuit, quod praeferendum; maiorem enim verbis conciliat perſpicuitatem, atque Raſarium ſic legiſſe interpretatio docet. Fr. Reg. 2. μέγα δ' ὅλως, Voſ. habet δ' ὅλης κ' ἐν. ſed rectius ſcribendum ὄφελως ex Reg. 1. An.

[6] ὑγείαν) Cod. Voſ. ὑγιείαν. An.

αλάσσονται [1] δὲ παρὰ συγκρίσεις ἰχθύες. ἐπεὶ οἱ μέν εἰσι σκληρόσαρκοι, οἱ δὲ ἁπαλόσαρκοι [2]. καὶ σκληρόσαρκοι [3] μὲν φάγροι [4], κυνόδοντες [5], βούγλωσσοι, καὶ οἱ πλατεῖς, ὡς ψῆτται [6], ῥόμβοι. ἁπαλόσαρκοι δὲ κίχλαι, κόσσυ-

[1] ἐξαλάσσονται) Imo ἐξαλλάσσονται. AN.

[2] ἁπαλόσαρκοι) Pifces Xenocrati funt, qui Galeno fimiliter & μαλακόσαρκοι dicuntur: pelagii fere nimirum funt, etiam litorales mollioris carnis, quanquam non adeo ut faxatiles: aut faltem non aeque friabiles, & magis vifcofi. Saxatiles quidem omnes molli funt & friabili carne, non tamen fimpliciter μαλακόσαρκοι cognominantur. Lege Wottonum *De differentiis animalium*, *lib. VIII. cap.* 161. GESN.

[3] καὶ σκληρόσαρκοι) In ms. Vindingii & Fabricii deeft καὶ. FR. Reg. 2, Vof. Mof. retinent καὶ. AN.

[4] Φάγροι πολυθρύλλητοι ob Syenitarum cultum. Voff. *Idol. IV.* 51. Fluviatiles funt, & marini, qui porro litorales, vel pelagii. Praeftantior marinus litoralis, exoriente canicula captus in Delo, & Eretria: hieme laeditur, vere viget. Caput, & pofteriora laudat Archeftratus. Icefius minus pinguem praefert ad falubrem victum: concoctu difficilis; at τρόφιμος, cum digeritur. Ath. *VII.* 22. AN.

[5] Κυνόδοντες) Graecus codex nofter habet συνόδοντες. GESN. Quocum confentit ms. Vindingii. Ariftoteli fic dictus *VIII. cap.* 539. σαρκοφαγεῖ δὲ καὶ ὁ συνόδων, carne alitur etiam dentex. FR. Num fynodon Ovidii? *Hal. v.* 107. Dentex traducitur a Gaza in Arift. *H. A. II.* 13. Pagro fimilis

tionem usum praestitit. Differunt vero pisces ex ipsa compage: siquidem alii durae, alii mollis carnis sunt. Ac durae quidem carnis sunt phagri, sinodontes, buglossi, & lati, quales sunt phesae & rhombi: mollem

milis quoad alendi facultatem, ut Icesius tradit. Archestratus eligit ex freto captum, & Antiphanes assum laudat, eiusque caput praefert. Athen. *I.* 5. *VII.* 20. An.

[6] Φῆσαι) Lege ψῆτλαι, id est, *passeres*. Gesn. Fabricius Gesnerum erroris arguit, ὡς Φῆσαι, *ut ita dicam* vertendo, quod meliorem sensum reddere videtur. Fr. Vos. ψῆτα, Mos. ὡς Φῆσαι, ῥόμβοι· Athen. *VII.* 24. ex Dorione inter latos pisces recenset βύγλωτλον καὶ ψῆτλαν, soleam, & passerem, additque mox Romanos passerem etiam ῥόμβον vocare: hinc Aristoteles, uti adnotat Wotton. *VIII.* 167. nunquam rhombum nominat, sed ψῆτλαν. Galenus *De Alim. Fac. III.* 30. passerem a rhombo distinguit, sed ita ut eiusdem generis fuisse videantur. Hinc Plinius *IX.* 20. *Marinorum alii sunt plani, ut rhombi, soleae, passeres, qui a rhombis situ tantum corporum differunt*. Diphilus item apud Athenaeum *VIII.* 14. ait: *Passer, & solea abunde nutriunt*, τύτοις ἀνάλογεῖ καὶ ὁ ῥόμβος. Galenus *l. c.* in alendis convalescentibus rhombos in iure simplici cum modico sale, porro, & aneto intritis percoquebat. Sanis autem, & his qui sensum appetentis stomachi deiectum habuissent, tostos in crate acetoque consperso, vel frixos cum garo, & vino apponere consuevit. An.

συφοι, φυκίδες [1], καὶ οἱ ὅμοιοι, εὐδιαφορώτατοι [2], καθεστῶτες. μέσοι δὲ, ὀνίσκοι, βάκχοι, σκιάδες [3].

II. Ἔτι οἱ μὲν, πετραῖοι· οἱ δὲ πελάγιοι [4]. τρο-

[1] φυκίδες) Ms. Vindingii & Fabricii Φοικίδες forte incuria librariorum. Cod. Vatic. & Reg. φυκίδες, ut & ed. Gesneri, quod praeferendum, quia apud Aristotelem *lib. VIII. cap.* 5. 42. sic legitur: ἡ δὲ φυκὶς ἄλλης μὲν σαρκὸς οὐχ ἅπτεται τῶν δὲ καρίδων. *Fucilla caeterorum carne abstinet, solis vescitur squillis*, & alibi. Fr. Κίχλαι, κόσσυφοι, Φυκίδες. Turdi, & merulae inter saxatiles nobiles, ac laudati dicuntur Plin. *XXXII.* 11. Vere praestantiores, quando nigrescunt. Sapidi sunt Galeno *De Alim. Fac. III.* 28., & a Mnesitheo apud Athenaeum *VIII.* 14. alvum, & urinas ciere dicuntur iurulenti; at cum alvus est moderata, assi τρόφιμοι sunt. Phycides vero ut essent sapidiores, in sartagine coqui ex Alexide Comico innuit Athenaeus *III.* 24. An.

[2] εὐδιαφορώτατοι) Id est, *facillime digeruntur*: commodius opinor, dixisset, εὐπεπτότατοι, hoc est *facillime concoquuntur*; concoctio enim digestionem praecedit, & magna ex parte quae facile concoquuntur, eadem & digeruntur facile: utpote neque crassa, neque tenacia. Scarum quidem εὔφθαρτον δυσδιαφόρητον facit Xenocrates. Tenuiora tamen quaedam, & facilia corruptu non bene quidem concoquuntur, facile autem digeruntur. Galenus etiam pisces, quorum mollis est caro, prae ceteris εὐκατεργαστάτους esse docet, quod

lem vero carnem habent turdi, merulae, fucae, & ejusmodi qui facile digeruntur. Inter hos medii sunt aselli, bacchi, umbellae.

Praeterea quidam saxatiles, quidam pelagii

quod est facillimae concoctionis. GESN. Ms. Vindingii εὐδιαφόρητοι. FR. Εὐδιαφορώτατοι proprie sunt cibi, qui bonum succum creant, ideoque facillime per insensibilem perspirationem digeruntur, seu difflantur, ut bene vertit Wotton. *VIII.* 175. Καθεστῶτες reddi potest; tales (nempe pisces) legibus medicis constituti. Vide Stephanum *Thes. Ling. Graec.* AN.

[3] *σκιάδες*) *Umbellae*, quae & *Sciaenae*, nisi *σκιαδεῖς* legendum sit. GESN. Oppianus auctor est, eas capite & oculis saltem occultatis, totas se latere existimare. Vid. Halieut. *l. IV. v.* 596. *seq.* & 615. *seq.* quod mugili etiam tribuit Plinius *VIII.* 38. & Pierius cephalo. FR. Ὀνίσκοι etsi alias acipenseres denotent, hic diminutive ab ὄνοις, minores, ut *βάκχοι* maiores aselli sunt. Praestantior bacchus, qui puro mari degit, quique in alto capitur: virosus est, coctu difficilis, succi tamen boni, uti ex Diphilo notat Athen. *VIII.* 14. Σκιάδες, uti Xenoc. explicat *cap. XIV.*, suaves, & boni succi sunt, sed non multum nutrientes. AN.

[4] *Ἔτι οἱ μὲν, πετραῖοι: οἱ δὲ πελάγιοι*) Sic etiam Rasarius legit, ut in nostro codice graeco habetur. Mihi sane locus apparet mutilus, & forte post *πελάγιοι* addenda haec verba, aut similia quaedam: *καὶ οἱ μὲν πετραῖοι, εὐπεπτότεροι,*

τροφιμώτεροι δὲ οἱ πὰρ' αἰγιαλῶν ὄχθαις, ἢ ὑδρο-

τεροι, ἀτροφώτεροι δὲ: οἱ δὲ πελάγιοι, τροφιμώτεροι μὲν, δυσπεπτότεροι δὲ. Tum demum ſuccedant haec verba: οἱ δὲ παρ' αἰγιαλῶν ὄχθαις &c. Sic omnes ſecundum locum in mari piſcium differentias, non ſolum nominaverit Xenocrates, ſed in alendo etiam facultates ſingulorum, id quod profitetur, explicaverit; nam in una ſpecie id facere, in reliquis omittere, abſurdum eſt. Haec facilius admittet, qui Raſarium interpretem, alibi etiam plura legiſſe, quam noſter codex habeat, animadverterit. Noſtram de comparatione pelagiorum piſcium ad ſaxatiles ſententiam, confirmat Diphilus Siphnius his verbis, quae extant octavo Dipnoſophiſtarum Athenaei. Τῶν θαλασσίων ἰχθύων οἱ μὲν πετραῖοί εἰσιν εὔφθαρτοι, εὔχυλοι, σμηκτικοὶ, κοῦφοι, ὀλιγότροφοι: οἱ δὲ πελάγιοι, δυσφθαρτότεροι, πολύτροφοι, δυσοικονόμητοι. Nec eſt quod quiſquam obiiciat non idem eſſe εὔφθαρτον & εὔπεπτον. Videtur enim Xenocrates eodem utrumque ſenſu poſuiſſe: δύσπεπτον ſemel atque iterum dixit (in his quae nunc damus Graece) δύσφθαρτον autem ſaepius: nunquam aliquid ſimul δύσφθαρτον, & δύσπεπτον nec εὔπεπτον & εὔφθαρτον: & ſimiliter Diphilus Siphnius. Exiſtimarunt enim antiquorum aliqui *concoctionem* fieri κατὰ φθοράν τινα. Eraſiſtratus enim (ut in Finitionibus medicis legimus) *concoctionem fieri putat contritione & laevigatione, amplexuque ventriculi, & aſcititii ſpiritus proprietate:* Empedocles autem *putrefactione*. Quas opiniones etiam Galenus improbat ab initio libri tertii de Sympto-

lagii ſunt. Ac magis alunt, qui prope litora,

Symptomatum cauſſis. *At ſecundum nos*, inquit, *concoctio alteratio eſt in qualitate: fitque a ventriculo cibum ſibi aſſimilante*. Sed cum in concoctione, ingeſta omnia in unum cremorem, ſeu chylum redigantur, & quoad eius fieri poteſt permiſceantur; ſic autem permiſceri συμφθείρεσθαι vocant philoſophi: ita etiam concoctio, φθορὰ quaedam fuerit. Itaque apud illos, quos dixi auctores, εὔφθαρτα accipiemus pro εὔπεπτα: apud rationales medicos non item; illi enim edulia εὔφθαρτα dixerint, *non quae in ventriculo facile concoquuntur, inque bonum ſuccum vertuntur; ſed quae facile corrumpuntur, & in malum (ut amarum, acidum, atrabiliarium) tranſeunt ſuccum*. Hoc quidem fieri poteſt, ut quaedam in bene conſtitutis ventriculis εὔπεπτα ſint, atque eadem in calidioribus iuſto εὔφθαρτα, ac facile bilieſcant; in frigidioribus vero ructus acidos corrupta generent. Lege etiam paullo inferius in explicatione vocabuli εὐδιοίκητον. Diphilus apud Athenaeum *Mullum* ſimpliciter primum δύσφθαρτον dicit: mox illum qui in ſartagine frigatur, δύσπεπτον. Xenocrates inferius *Rhombum* δύσφθαρτον eſſe ſcribit, & mox interpretatur δυσκατέργαστον. Gesn. Hic facile librariorum incuria accidit ὕστερον πρότερον, nam potius cum doctiſſimo Coray legendum τροφιμώτεροι δὲ οἱ πελάγιοι· οἱ δὲ πάρ' αἰγιαλῶν ὄχθαις, ut rectus ſit ſenſus, & iuſta diviſio. Πελάγιοι enim πολύτροφοι, καὶ δυσφθαρτότεροι ſunt, uti notat Athenaeus *loc. cit.* An.

ὑδροχόων ἐκροαῖς, κακόχυμοι[1], καὶ ἄςομοι. Καὶ τὰ πελάγη[2] δὲ διαφέρει. μετριοι[3] μὲν γὰρ, οἱ κατὰ τὸν Ἀδρίαν· οἱ δὲ κατὰ τὸ Τυῤῥηνικὸν[4], ἥδυτατοι.

III. Καὶ ἔαρος[5] μὲν οἱ πλεῖςοι διὰ τὸ ὠοτοκεῖν ἀμείνες, ὡς τρίγλαι. θέρες δὲ, φάγροι τε, καὶ σινόδοντες[6]. φθινοπώρε δὲ ἥπατοι παραιτητέοι[7], κακόχυμοι ὄντες. κεςρίδαι[8] καὶ λάβρα-

[1] κακόχυμοι) Fabr. ex ms. Vind. κακόχυλοι; ſed mss. Vat. & Reg. & ed. Geſn. κακόχυμοι. Utraque lectio defendi poteſt; Graeci enim recentiores medici promiſcue χυμὸν & χυλὸν pro *ſucco, qui ex nutrimento in corpore animantis generatur*, dicunt. Vid. Geſn. *ad cap. IV.* forte auctoritate quorundam veterum, aut uſu loquendi promiſcue his vocibus uſi. Fr.

[2] Voſ. πελάγια. An.

[3] Voſ. μέτρια μὲν δὲ. An.

[4] Τυῤῥηνικὸν) Fabr. Τυρηνικὸν ex ms. Vind. Ms. Vat. Τιῤῥηνικὸν quod melius, vel a *Tyrrheno* duce coloniae, vel a *Tyria* patria, quae ſententia Fabricii lectionem vindicat, vel a *Tyrrha* Lydiae urbe, in qua Gyrem regnaſſe Etymologus ſcribit voce Τύραννος. Ms. Reg. Τύρσηνικον, ρ in σ mutato, cuius rationem reddit Dionyſ. Halic. *H. R. L. I. cap. XXVIII.* καὶ διὰ τὰς ἐν Τύρσεσιν οἰκήσεις, καὶ ἀπ' ἀνδρὸς δύναςε. Τύρσις enim Heſychio eſt πύργος, ἔπαλξις, προμαχὼν, *turris, pinna muri, & propugnaculum*; quia civitas fuit muris, turribus, aut rupibus optime munita. Vid. Joh. Hudſonum ad Dionyſ. Halic. *H. R. L. I. cap. XXV. not. c.*

tora, quam qui aquae ductuum meatibus, mali ſucci, & ori ingrati feruntur. Jam maria quoque in hac re differunt: ſunt namque mediocres piſces qui in Adriatico, ſed qui in Tyrrheno degunt ſuaviſſimi.

Quin etiam verno tempore quamplurimi, quod ova pariant, ſunt praeſtantiores, ut mulli; aeſtate vero phagri, & ſynodontes; autumno vero hepatus, qui cum annum ex-

not.c. Ceterum Τυῤῥηνικὸν, non Τυῤῥυνικὸν, ut nonnulli ſcribendum, ex latinorum conſuetudine, qua *η* in *e* tranſit. Fr.

[5] καὶ ἔαρος) Vind. ms. καὶ ἔτι ἔαρος, tunc καὶ ἔτι pro ἔτι δὲ praeterea. Fr. Ἔτι certe deeſt in Cod. Reg. 1. 2. Voſ., & Moſ. An.

[6] Σινόδοντες) Per iota, recte autem ſcribitur etiam per υ. Gesn. Voſ. συνόδεντες.

[7] φθινοπώρυ δὲ ἥπατοι παραιτητέοι) Autumno vero hepatus (praeſtantior eſt) qui cum annum excedit mali ſucci eſt. Videtur ſane Raſarius pro παραιτητέοι aliud quid legiſſe, cum verterit, *cum annum excedit*, quod non probo: ſed cum Wottono potius dixerim, hunc piſcem autumno vileſcere, καὶ παραιτητέον, ideſt, *improbandum*, quia vitioſum tunc procreet ſuccum; reſtitui autem ἥπατοι, multitudinis numero, propter ſequentia. Codex noſter ἥπατος habebat. Gesn. Sic quoque Vat. Reg. & Vind. ſublato δὲ, φθινοπώρυ ἥπατος παραιτήτεος κακόχυμος ὤν. Fr. Voſ. φθινοπώρο δὲ ἥπατοι παραρήτεοι. Moſ. φθινοπώρυ δὲ ἥπατος παραιτήταιος. Reg. 2. habet παραιτηταῖοι. An.

[8] Κεςρίδαι) Lego κεςρεῖς δὲ ſicut & Wottonus,

βρακες, τρυφερώτεροι [1].

IV. Παρὰ δὲ ἡλικίας, οἱ μὲν βραχεῖς καὶ νέοι, εὔφθαρτοι. οἱ δὲ κητώδεις [2], δύσ-
χοι

nus, qui vertit: *Lupi vero ac mugiles eo tempore (autumno) gratiores habentur.* Gesn. Vos. κεστρι* δαὶ καὶ. Praestantiores τρίγλαι barbatae, conchylium sapientes, minores, autumno, & puro mari captae, ex Mileto, & Aexona. Galenus *De Alim. Fac. III.* 27. ejus carnem duram, & friabilem dicit, ideoque gustui gratam, & digestione facilem. Assiduo tamen mullorum esu, oculorum aciem hebetari prodit Dioscorides *II.* 24. *Mullos in cibo inutiles nervis invenio fieri*, inquit Plinius *XXXII.* 10. Icesius, teste Athen. *VII.* 16., gustui gratos, & boni succi esse Cephalos asserit: secundos ab his Cestreas, deteriores Myxinos. Chelonas vero, quos & Bacchos nominant, reliquis omnibus inferiores. Leuciscos omnes parum alere, succum bonum gignere, & excerni facile. Praeferuntur λάβρακες lanati, sic dicti a candore, & mollitie carnis. Tiberi inter duos pontes Sublicium nempe, & Palatinum captos Plinius laudat *IX.* 54. Aristophanes *Equit.* v. 360. optimos etiam praedicat, qui circa Miletum nascuntur. Eorum certe carnes in ratione valetudinis a Galeno *De Alim. Fac. III.* 26. mirifice laudantur, quod subtiliorem generent sanguinem, & perdicis carnibus aequiparentur. An.

[1] τρυφερώτεροι) Wottonus *gratiores* interpretatur, Rasarius *delicatiores*; ego *teneriores vel molliores* verterim. Xenocrates enim pro *grato* & *de-*

excedit, mali ſucci eſt; mugiles, & lupi delicatiores ſunt.

Ex aetate vero parvi & novi facile corrumpuntur. Cetacei vero in ſuccum difficul-

delicato εὔςομον dicere ſolet: alii ἡδύ; *molle* autem & *tenerum*, plerorumque palato non tam ſuave eſt, quam quod ſolidiuſculum fuerit, aut χονδρῶδες; itaque mullus, cui duriuſcula quam ſaxatilium caro eſt, aliis plerisque praefertur. Lupum majorem infra σκληρότερον facit, minorem, τρυφερόν. Partes circa piſcium caudam, τρυφερὰς dicit: circa ventrem pingues; at cum hepatum dicit τρυφερὸν & μέσως εὔτρεπτον, *mollem ac mediocriter friabilem* reddo; μαλακὸν quidem & ἁπαλὸν nominare non ſolet: ut nec alii quidam, quibus haec in uſu ſunt, τρυφερόν; quare pro ſynonimis accipio. Gesn.

[2] οἱ δὲ κηλώδεις δύσχοι) Sic in manuſcripto codice noſtro graeca lectio eſt. Raſarius, *cetacei vero difficulter in ſuccum commutantur*, legit, ut apparet δύσχυλοι; quo vocabulo etiam alibi utitur Xenocrates, ut cum illos, qui e mari flumina ſubeunt, piſces δυσχύλους eſſe tradit; ego δύσχυλον oppoſuerim, εὐχύλῳ, ut idem ſit quod κακόχυμον, hoc eſt *mali ſucci alimentum;* nam *chylum* an *chymum* pro ſucco dicamus parum refert. Mneſitheus apud Athenaeum tradit e malis maturis εὐχυλότερα εἶναι τὰ γλυκέα, κακοχυμότερα δὲ τὰ ὀξέα. Hippocrates *chymos* vocat *corporis humores*, *quibus conſtituimur*; at Platoni & Ariſtoteli *chymus nihil aliud eſt*, *quam guſtabilis qualitas*, *ſive ſapor*. Recentiores Graeci, praeſertim me-

χοι[1], καὶ σκληροὶ, καὶ κακοςόμαχοι. οἱ δὲ μέσοι[2], μέσως εὐδιοίκητοι[3].

V. Παρὰ δὲ τὰ μέρη διαλάττουσιν· Ἐπεὶ τοῖς

medici, *chymum* & *chylum* pro *succo*, *qui in corpore animantis generatur ex nutrimento*, promiscue dicunt, ut εὔχυμον vel εὔχυλον aliquem cibum dicas nil referas, *non qui bono sapore* sit, quem ἡδὺν & εὔςομον nominant, sed *qui succum & sanguinem probum procreet*. Δύς quidem particula in compositione modo *difficultatem*, modo *malum* significat. Ego in hoc Xenocratis loco pro δύσχοι reposuerim δύσφθαρτοι, ut piscium minorum, de quibus proxime dixerat, & grandiorum antithesis recte procedat: & hi quidem δύσφθαρτοι sint; illi vero, ut recte legitur, εὔφθαρτοι. Haec quod ad vocabula; δύσχυλον enim pro *eo quod difficulter in succum vertatur*, auctorem quemquam posuisse non occurrit. Quod vero rem ipsam attinet, parum interest; nam in succum cremoremve in ventriculo mutari & concoqui, vel (ut Xenocrates loquitur) *corrumpi*, si non idem, omnino tamen proxima sunt: etsi Galenus *libro III. De Fac. Nat. cap*.4. subtilius distinguat. GESN.

[1] δύσχοι) Vind. Cod. δύσχυμοι, quod sensum faciliorem reddit. FR. Cod. Reg.2. exhibet etiam δύσχοι; in margine vero interiori manus secunda, sed tamen satis antiqua, emendavit γλύσχροι, quae vox per ι, γλίσχροι scribi solet, denotatque lenti, & viscosi humoris. Vide Stephanum *App. Thes. L*. 5. AN.

culter commutantur, duri ſunt, ac ſtomacho noxii. Qui vero medium locum tenent, ii medio quoque modo ad diſtributionem ſunt affecti.

In partibus quoque differunt: nam in par-

[2] μέσοι, μέσως εὐδιοίκητοι) Fabricii ex ms. Vind. inſerta particula τῶς ſic legit, μέσοι, μέσως πῶς εὐδιοίκητοι. Mihi non arridet, nam μέσως πῶς auribus non adeo jucundum. Fr.

[3] μέσως εὐδιοίκητοι) *Medio modo ad diſtributionem ſunt affecti*, Raſarius. Mihi quanquam alioqui ad diſtributionem potius, quam concoctionem verbum διοικεῖσθαι retulerim, hoc in loco minus proprie ab auctore pro εὔπεπτοι poſitum videtur; dixit enim parvos piſces εὐφθάρτους eſſe: magnos & cetaceos, δυσφθάρτους: nunc eos, qui media magnitudine ſunt, medios etiam utrorumque facit, inter faciles & difficiles concoctu; atque ex hoc etiam loco εὔφθαρτον pro εὔπεπτον a Xenocrate poni apparet, cui opponitur δύσφθαρτον: cum inter haec duo medium τὸ μέσως διοικούμενον ponatur. Gesn. Diphilo pelagii piſces comparati ſaxatilibus, ſunt δυσφθαρτότεροι, πολύτροφοι, δυσοικονόμητοι: quorum ultimum, interpretor digeſtu difficiles; δυσοικονόμητον autem εὐδιοικήτῳ opponitur. *Melanuri*, & *Canthari* ſunt εὐστόμαχοι, εὔχυλοι, εὐδιοίκητοι, τροφώδεις τὲ καὶ πρὸς τὰς ἐκκρίσεις εὖ ἔχουσι. Xenocrates infra, naturae quodam modo ordinem ſecutus, & certos deinceps gradus ab εὐστομάχῳ ad εὐέκκριτον uſque. Fr.

[7] χεστρέων) Procul dubio mugiles in alto mari degentes, qui optimi habentur, ſapore jucundo, ſubacri, & lupo nihil inferiores, quique purum limpidumque flumen ſubientes, carnis duritiem temperant, delicatioreſque evadunt. Vide Wotton. *l. VIII. c.* 179. *p.* 159. Fr.

[8] Ἀκρόπαστοι) Ms. Vat. ἀκρώπαστοι. Fr.

κάτοι τε καὶ Μενδήσιοι· καὶ τῶν κορακίνων δὲ οἱ ταριχευόμεναι καλοῦνται Ἡμίνηροι[1]· καὶ αὐτοὶ ὀπτανοὶ ἐσθιόμενοι, ὀπώρας τινὸς δίκην φέρουσιν[2], οὐκ ἀεὶ ὄντες, ἀλλὰ πρὸς τὸν χειμῶνα γινόμενοι· καὶ ἄλλα δέ τινα ἐλάχιστα γίνεται ταρίχια ὠμόφαγα· οὗς[3] σπουδαῖα μὲν, ἰδίαν δέ τινα κνίσαν[4] ἐπάγοντα, ἅπερ μετὰ λαχάνων δριμέων ἐσθίονται, ὧν πρὸς τὸ ἐντελὲς τῆς πραγματείας χρὴ μνησθῆναι· Καλεῖται[5] *δὲ ἃ μὲν κορακίδια, ἃ δὲ βωρίδια, ἃ δὲ κολίδια[6] ἃ δὲ τυφλινίδια, ἃ δὲ ἀβραμιδία· ἅπερ πάντα, κακοστόμαχα ποιεῖ καὶ δύσφθαρτα καὶ κοιλίας ἐπαγωγά.*

[1] Ἡμίνηροι) Alexandrini, teste Wotton. *l. VIII. c.* 176. *p.* 158. *coracinos fluviatiles sale maceratos* sic appellant: inter salsamenta facile concoquuntur, digeruntur que; abunde nutriunt, minimeque mali sunt succi. Salsamenta coracini panos, & carbunculos discutiunt. Fr.

[2] ὀπώρας τινὸς δίκην φέρουσιν) Potius explicaverim, *autumnalis cujusdam vigoris habitum prae se ferentes*. An.

[3] οὗς) Fabricius οὖ, mendum ex errore operarum. Ms. Vat. & Reg. οὖς· alias οὖς θάλαττιον, λέπας, & λέπας ἄγριος apud Aristotelem audit. Theodorus *patellam*, *patellam feram*, & *aurem marinam*, & ὤτιον. Antigonus Caristius tradidit οὖς ἀφροδίτης vocari Aeolice. Wotton. *l. VIII. c.* 241. *pag.* 214. dicit ὦτια & ὠτάρια, *auriculae*, saxis adhaerent, neque palato, neque stomacho grata sunt; frixa tamen eduntur, neque enim aliter pla-

quam marini, & Mendesii. Ex coracinis qui sale conditi sunt, Hemineri dicuntur, ipsique assi assumti vicem gerunt alicujus autumnalis fructus; hique non omni tempore, sed hieme nascuntur. Fiunt quoque alia minima salsamenta, quibus crudis vescimur. Auris proba quidem est, sed arvinam peculiarem quandam inducit, & idcirco cum acribus oleribus ea vescuntur; quorum, ut sit haec perfecta tractatio, commemoratio nobis facienda est. Vocantur alia eorum Coracidia, alia Boridia, alia Colia, alia Typhlinidia, alia Abramidia, quae omnia stomacho aliena sunt, difficulterque corrumpuntur, & alvum subducunt.

placebunt: nutrimenti plurimum exhibent, nec facile excernuntur. Fr.

[4] κνίσαν) Ms. Reg. κνίσσα, quod idem i. τὴν κατ' ὀλίγον ἀπὸ τοῦ ὀπτωμένυ ἀναφορὰν τῇ ὀσφρήσει προσίζυσαν Eustathius explicat. Rasarius habet bene *arvinam*. Fr. Cod. Mos. ὖς σπυδαῖα. In marg. ὖς. Cod. Reg. 1. κνίσσαν. An.

[5] Καλεῖται) Haec fere ad verbum Oribasii sunt, inquit Wottonus *l.VIII. c.172. p.161.* pisciculorum minimorum genera quaedam, quae sale adservantur, quae una cum oleribus acrioribus vescuntur. Vocantur alia κορακίδια, alia βωρίδια, alia κόλλια, alia τυφλινίδια, quae omnia & stomacho infesta sunt, & alvum citant, nec facile corrumpuntur. Fr.

[6] Cod. Mos. ἃ δὲ κόλλια. An.

DIAMANTIS CORAY

SMYRNAEI

DOCTORIS MEDICI MONTSPELIENSIS

ANIMADVERSIONES

Ad Libellum Xenocratis Περὶ τῆς ἀπὸ ἐνύδρων τροφῆς.

Pag. 2. εὐτραπέζοις ἀπολαύσεσι; sic εὐτράπεζοι Θετταλοί vocantur ab Eripho apud Athenaeum *lib. IV. pag.* 137. *D.*

μέγα δ' ὅλως: alibi μέγα δ' ὤφελος. Scribe μέγα δ' ὄφελος.

Pag. 4. ἁπαλόσαρκοι δὲ κίχλαι, κόσσυφοι, φυκίδες, καὶ οἱ ὅμοιοι, εὐδιαφορώτατοι κ.τ.λ. μαλακόσαρκοι vocantur a Diocle apud Athenaeum *lib. VII. pag.* 305. Confer & Galenum περὶ τροφῶν δυνάμεως *lib. III. tom. IV. pag.* 350. necnon eundem Xenocratem infra *pag.* 44. Hippocrates pariter κίχλην, & φυκίδα, quas inter pisces saxatiles adnumerat, carnem habere *mollem ac levem* (stomacho scilicet) dicit, utpote quae quiescant; contra ac pisces errones & undis pulsati, qui laboribus fracti duriore sunt carne. Verba Coi sunt: κοῦφοι δὲ οἱ πετραῖοι σχεδὸν πάντες, οἷον κίχλη, φυκὶς, ἐλεφίτις, κωβιός· οἱ τοιοῦτοι δὲ καὶ οἱ προῤῥηθέντες κουφότεροι τῶν πλανήτων· ἅτε γὰρ ἀτρεμίζοντες οὗτοι ἀραιὴν τὴν σάρκα καὶ κούφην ἔχουσιν· οἱ δὲ πλανῆται καὶ κυματοπλῆγες ΤΕΘΡΥΜΜΕ'ΝΟΙ τῷ πόνῳ στερεοτέρην τὴν σάρκα ἔχουσι. *Lib. II. de Diaet. pag.* 221. *vol. I. edit. Vanderlinden.* Ubi vocem Herodoteam & Jonicam Jonico Scriptori reddo, legens τετρυμένοι, de qua sic Gregorius *De Dialectis pag.* 253. τὸν καταπεπονημένον τετρυμένον λέγουσι. Haec τῶν πετραίων levitas ac mollities locum elegantem Theopompi apud Athenaeum *lib. XIV. pag.* 649. *B.* corruptum sanat ac dilucidat:

Παυ-

Παῦσαι κυβεύων μειράκιον, καὶ τοῖς βλίτοις
Διαχρῶ τὸ λοιπὸν, κοιλίαν σκληρὰν ἔχεις·
Τὰ πετραῖα τῶν ἰχθυδίων ἀπέσθιε.
Ἡ τρὺξ ἄριστόν ἐστιν εἰς ΕΥ'ΒΟΥΛΙ'ΑΝ
ΤΑΥ'ΤΗΝ ΠΙ'ΗΣ ΚΑΙ' 'ΡΑ˜ΟΝ ἴσῃ τὴν
οὐσίαν·

ubi vim comicam si gustare vis, lege

. . . . εἰς ΕΥ'ΚΟΙΛΙ'ΑΝ
ΤΑΥ˜Τ' ἬΝ ΠΟΙΗ˜Σ 'ΡΑ'ΩΝ ἴσῃ τὴν
οὐσίαν.

Juveni nimirum ἀσώτῳ, qui sua bona tesseris ludendo, & pisces edendo ligurivit, commendat saxatilibus piscibus abstinere, quia alvum duram habeat; illi vero pisces alvum sistunt potius quam laxant, ut patet ex Hippocratis praecepto, qui πετραίους ἰχθύας commendat, ubi siccare alvum oportet. *De Affectionibus pag.*186. *tom.II.* Utendum contra suadet ipsi *blitis*, quae movent alvum secundum Hippocratem. *Ibid. pag.* 185. & 193. necnon vino recenti & nondum excolato, quod pariter ventrem humectat & solvit. Idem *lib.II. De Diaet. pag.*224. *Haec si feceris*, pergit dicere Theopompus juveni luxurioso, *melius te habebis*; in quibus voce οὐσίᾳ alludit tum bona, quibus consulendum erat parsimonia, tum corporis habitudinem, οὐσίαν & ἕξιν τοῦ σώματος, cui prospiciendum erat per abstinentiam.

*Pag.*6. & 8. ἔτι οἱ μὲν πετραῖοι, οἱ δὲ πελάγιοι· τροφιμώτεροι δὲ ΟΙ' ΠΑΡ' ΑΙ'ΓΙΑΛΩ˜Ν ἰχθύες, ἢ ὑδροχόοι κ. τ. λ. Emendo τροφιμώτεροι δὲ ΟΙ' ΠΕΛΑ'ΓΙΟΙ· ΟΙ' ΔΕ' ΠΑΡ' ΑΙ'ΓΙΑΛΩ˜Ν ἰχθύες. Trifaria pariter divisio πετραίων, πελαγίων, & παραιγιαλίων *pag.* 54. ut in

in nota Gesneri. Vide Athenaeum *pag.* 355. *E.*

Pag. 14. & 16. διαλάττουσιν: scribe διαλλάττουσιν.

ἐπεὶ τοῖς ὑραίοις κινοῦνται γεγυμνασμένοι, εὔτροφοι, τρυφεροί: aliqui Codd. ἐπὶ. Lege igitur ἐπὶ τοῖς οὐραίοις, οἷς κινοῦνται, γεγυμνασμένοι κ. τ. λ. praepositionem praestare patet ex seqq. κατὰ δὲ τὴν νηδύν -- κατὰ δὲ τὰ νῶτα; ita fere legisse videtur Rasarius: *nam in partibus quae ad caudam sunt.*

*Pag.*18. ὀπτοὶ μὲν τροφιμώτεροι, δυσδιαχώρητοι δὲ, ἑφθοὶ δὲ ὀλιγότροφοι, ῥᾷστα ΔΙΑΦΟΡΟΥ͂ΝΤΕΣ. Vera lectio est, quam habuisse videtur Rasarius, ΔΕ' ΔΙΑΧΩΡΟΥ͂ΝΤΕΣ, *sed facillime dejiciuntur*, ut patet tum ex sermonis antithesi δυσδιαχώρητοι, & ῥᾷστα διαχωροῦντες; tum ex Hippocrate, qui in universum cibos elixos commendat, ubi alvum humectare oportet, assatos vero ubi alvus siccanda, & corpus refocillandum est. *De Affectionibus* 185. 19.

Pag. 20. Ὡς ὁ ΝΕΙΛΩ͂ΟΣ καρακῖνος (e lectione Rasarii, & emendatione Gesneri) ΚΑΙ' ἐν ῬΗ'ΝΩ (ex emendatione Gesneri) πέρκη καὶ ἐν ΤΥ'ΒΟΥΡΙ (ex Cod. Vindob.) λάβραξ, ὅς ἐστιν ἐπεστιγμένος, καὶ ὁ ΑΝΝΙΟ'ΩΝ λίμνῃ τε κατὰ φαλερνοὺ 'ΟΜΟΦΥΟΥ͂Σ 'ΙΧΘΥ'ΟΣ. Haec ultima emendo . . . . καὶ ΟἹ 'ΕΝ ΑΝΙ'ΩΝΙ, λίμνῃ τε τῇ κατὰ Φαλερνοὺς 'ΟΜΟΦΥΕΙ͂Σ 'ΙΧΘΥ͂ΕΣ.

*Pag.*22. εὐπρόσφορον, *nec valde accommodatum*, ut vertit Rasarius: nec *facile parabile*, hoc est *copiosum* est, ut putat Gesnerus; illud enim per εὔθετον, hoc per εὐπόριστον exprimunt Graeci. Εὐπρόσφορον

φορον idem est quod εὔστομον, *ori gratum*, *quod lubenter comeditur* εὐπροσφέρεται. Sic Hippocrates bonum signum in morbis vocat τὸ εὖ ἔχειν πρὸς τὰς προσφοράς. *Aph. II.* 33. *cibos lubenter assumere*. Idem propemodum sonat Gallorum *friand*, ita ut *morceau friand* commode Graeca civitate donaveris per τέμαχος εὔστομον, aut εὐπρόσφορον. Hinc Athenaeo προσφορά idem sonat, quod γεῦσις . . . . . . κεστρεῖς, μύξινοι, χελῶνες, ὅμοιοί εἰσι κατὰ τὴν προσφοράν. *Lib. VIII. pag.* 356. *B.*

πάντων δὰ προκριτέον ἰχθύων τοὺς τε ἀβρόμους ΚΑΙ περιπιμέλους . . . imo ΚΑΙ ΜΗ περιπιμέλους, *non nimis pingues* (Cod. Paris. 2291. περιπιμένους vitiose).

τῶν δὲ ἰχθύων ἃ μὲν ἐστι νηχαλέα: suspecta vox ΝΗΧΑΛΕ'Α, quae, teste ipso Xenocrate *pag.* 1. in omnia convenit aquatilia animalia, proinde ad certum genus piscium referri nequit. An reponendum λεπιδωτά? tunc certe accuratior fieret divisio. Confer Scholiasten Oppiani in *Hal. I.* 85. 320., ubi tamen pro ΤΡΙ'Α ΖΩ͂Α Α'ΝΕ'ΜΩΝ, ἐπὶ τῇ θαλάσσῃ κ.τ.λ. Legendum moneo τρία ΖΩ'ΩΝ ΓΕ'ΝΗ Α'ΝΑΙ'ΜΩΝ 'ΕΣΤΙ'Ν 'ΕΝ τῇ θαλάσσῃ . . . . τῶν Δ' 'ΙΧΘΥ'ΩΝ τὰ γὰρ λεγόμενα . . . . . . τὰ δὲ λεπιδωτὰ ΤΑ' ΚΑΙ' φολιδωτά. Confer eundem Schol. ad v. 638. Sed λεπιδωτά in nostro, ne quid dissimulem, longe distat a vulgata lectione νηχαλέα.

Pag. 26. οἱ δὲ ἐκ πελάγους κ.τ.λ. ex Athen. *l. VIII. pag.* 358. *C.*

Pag. 28. βελόναι ῥάμφος ΚΕΡΑΤΩ͂ΔΕΣ, ΟΥ'Κ εὐστόμαχοι, κακόχυλοι, ἄτροφοι, εὔφθαρτοι. Vocem ad integritatem sensus necessariam, & e finali

nali praecedentis, & initiali sequentis vocis syllaba suppressam, repone, legens: ῥάμφος ΚΕΡΑΤΩ͂ΔΕΣ ἜΧΟΥΣΑΙ ΟΥ̓Κ εὐςόμαχοι: quod vidit & Gesnerus. Dein dele ultimam vocem εὔφθαρτοι auctoritate Codd. Vind. Vat. Reg. 2290. & ipsius Fabricii, ut pote quod repugnat cum οὐκ εὐςύμαχοι; nam Xenocrates εὐφθάρτους opponit τοῖς κακοςομάχοις, ut *pag.* 12. 14. & δυσφθάρτους τοῖς εὐςομάχοις, ut hac *pag.* 23. Athen. *lib. IX. pag.* 391. *extr.* καὶ τὸ ῥύγχος κερατοειδές .... ἐχούσας.

Pag. 30. ΧΑ'ΝΝΟΙ καὶ πᾶν τῷ τηγάνῳ ἁρμόζον. Cod. Reg. 2290. χάνναι: infra *pag.* 72. ΧΗΝΩ͂Ν, ubi Cod. Reg. 2290. ΧΗΜΩ͂Ν, & Vatic. ΧΑΜΩ͂Ν -- Χῆμαι (χάμαι) χάνναι, χάννοι occurrunt pariter apud Athen. *pag.* 93. *A.* 315. *F.* 304. *E.* 327. *extr.*

Eadem de caussa & in hac pagina legendum aut e Gesneri monitu οὐκ εὐςόμαχον, δύσφθαρτον, pro οὐκ εὐςόμαχον, εὔφθαρτον, aut si mavis οὐκ εὔφθαρτον.

Male Rasarius ἐπιπολαςικόν avulsit a κοιλίας, quocum junxit perperam τὸ ἄτροφον: ἐπιπολαςικὸν κοιλίας, ἄτροφον, verte *fluitat in ventre, neque nutrit.*

Pag. 32. θρανίς ἢ ξιφίας κητώδης ἘΣΤΙ' ΤΕΜΑΧΙ'ΣΘΑΙ, ἄςομος δὲ κ.τ.λ. Rasarius legisse videtur ἐςὶ καὶ τεμαχίζεται. Fabricius habet τεμαχίζεσθαι. Vera lectio est κητώδης ἘΣΤΙ'Ν ὩΣ ΤΕΜΑΧΙ'ΖΕΣΘΑΙ, *cetacea statura est, adeo ut in frusta secetur*, quam confirmat locus Galeni parallelus: οὓς (κύνας) ἐν τοῖς κητώδεσιν ἐχρῆν ἀριθμῆσθαι, σκληρὰν καὶ περιττωματικὴν ἔχοντας

τὴν

τὴν σάρκα, καὶ διὰ τῦτο τεμαχιζομένες τε καὶ ταριχευομένες κ. τ. λ. *De Alen. Facult. lib. III. pag.* 349. *tom. IV.* Hunc Epicharmus Dorice σκιφίαν vocat. Athen. *pag.* 282. *A.* & Archeſtratus ipſius ὑραῖον (quod Xenocrates ὑπογάστριον vocat) commendat *ibidem pag.* 314. *E.* Pro θρανὶς alii legunt θρανής, vox ſuſpecta; an ΘΟΥΡΙΑΝΟ'Σ, aut ΘΡΑΝΟ'Σ? Certe Athen. *lib. VI.* θυριανῦ meminit *pag.* 274., quem θυρσίωνα vocat *lib. VII. pag.* 310. dicitque eſſe fruſtum piſcis canis, quocum τὸν ξιφίαν confundunt. Plinius *thurianum tomum*, ſive *xiphiam* vocat.

Pag. 36. ΣΕΙΩ῀ΝΕΣ, ΒΡΑΧΥΚΕ'ΦΑΛΟΙ, ὑρανοσκόποι, γαλεοὶ, κύνες καὶ οἱ ὅμοιοι, κακόχυμοι βρομώδεις, ἀργῆς ὅλκιμοι (lege ὀλκίμυθ') ὕλης γόνιμοι. Forte legendum pro ſuſpectis his vocabulis, ac vix alibi reperiundis: ΣΥ'ΕΣ, ΒΑ'ΤΡΑΧΟΙ ΚΕ'ΦΑΛΟΙ κ.τ.λ. Ariſtoteles apud Athenaeum *lib. VIII. pag.* 330. *A.* σπλάγχη φησὶ . . . βάτραχος, βύγλωττα, σῦς (nam ita legendum cum interprete pro μῦς) & *ibid. pag.* 355. Καπρίσκος καλεῖται μὲν καὶ σῦς (rurſus enatum μῦς) βρομώδης δ' ἐστὶ καὶ σκληρός; & aliquot poſt *pag.* 356. ὑρανοσκόπος δὲ καὶ ὁ ἄγνος (malim ὁ καὶ ἄγνος) καλύμενος ἢ καλλιώνυμος, βαρύς . . . τράγος, ὐκ εὔχυλος, ἄπεπτος, βρομώδης . . . . γλαυκίσκοι, κέφαλοι, μυξῖνοι, χέλωνες, ὅμοιοί εἰσι κατὰ τὴν προσφορὰν κ. τ. λ., & *lib. VII. pag.* 286. *C.* Foret forſan qui ex hoc ultimo Athenaei loco Xenocratis textum emendare mallet: σύες, τράγοι κέφαλοι.

Pag. 38. γλάνος. Vera lectio eſt γλαῦκος, quam habent Fabricius, Raſarius, & Cod. Pariſ. 2290.

γλαῦ-

γλαῦκος enim saepe cum lupo jungitur apud Athenaeum *pag*. 295.

ἔλωψ εὔστομαχος: contra apud Athenaeum *lib*. *VII*. *pag*. 282. οὐκ εὔστομαχος vocatum. Vide apud eundem *pag*. 136. *A*. & 300. *D*. quae de elope traduntur.

Pag. 40 πρὸς τὸ Τρυφερόν: malim πρὸς τῷ τρυφερῷ. Similis orationis color *pag*. 102. πρὸς γὰρ τῇ εὐτροφίᾳ καὶ γλυκεῖαι εἰσί.

Pag. 42. δυσδιοικότατος. Mss. Vind. & Paris. δυσδιοικήτατος: utraque falsa ex δυσδιοίκητος (quod noster usurpat *pag*. 16. 44. 48) cui opponit εὐδιοίκητον. *Pag*. 46. 50. 52. nonnisi δυσδιοικητότατος superlativum fieri potest.

πάνυ γὰρ ἀργὴν ἔχων τὴν σάρκα: dele γὰρ, quod nec in Fabricio, nec in Codice Paris. 2290.

Pag. 44. κόρακος, alibi κόραξος, ut Rasarius cum quibusdam Codd. Κόραξ, de quo vide Athenaeum *lib*. *VIII*. *p*. 356. *A*. Graecus recentior adscripserat fortassis margini e regione τοῦ κόρακος (κόραξ recent. Graecis nominativus singularis) e quo natum est τὸ κόρακος, & κόραζος.

ΕΥ'ΣΤΟΜΟΣ 'ΑΠΟΔΕ'ΩΝ Φαύλης γονίμη ὕλης, suspecta. Confer *pag*. 36. An Εὔστομος σηπώδεος Φαύλης γόνιμος ὕλης? Malim εὐστομίας ἀποδέων, Φαύλης γόνιμος ὕλης, quod sensu & elegantia se commendat. Confer Lexica voce ἀποδέω. Synonyma locutio est εὐστομίᾳ λειπόμενον. Confer Athenaeum *VII*. 288. *C*.

Pag. 46. ἌΡΚΟΣ γλυκύχυλος κ.τ.λ. merito suspectam habuit Gesnerus hanc lectionem. Legerim ΓΛΑΥ͂ΚΟΣ, quoniam lupum λάβρακα proxime *pag*. 44. sequitur. Si Athenaeum legas, ubique re-

reperies *glaucum*, & *lupum* conjunctos. *Lib. VII. pag.* 295. *integra pag.* 311. *D.* & alibi passim; quod & noster fecit supra *pag.* 38. γλαῦκος (ita legendum cum Rasario pro γλάνος) μετὰ λάβρακος.

Pag. 48. ἄχυμος, de asello dictum, pro quo Rasarius legit εὔχυμος, applaudente Gesnero: malim vulgatam ἄχυμος in sensu τῦ *insipidus*, Gallis *fade*; nam carnem aselli Archestratus apud Athenaeum *lib. VII. pag.* 36. vocat σομφὴν καὶ ἐκ ἡδεῖαν.

ςεναγέμενος, lego ʇεναγέμενος, quod idem est atque ἐν τενάγεσι διατρίβων, aut εἰς ʇενάγη μεθιςάμενος, eadem analogia, qua Galli a *parc* verbum formaverunt *parquer*.

Pag. 50: ἐκ ἀγωγὸς, τρόφιμος: Rasarius, *non admodum nutriunt*, quasi legisset ἐκ ἄγαν τρόφιμος, sed dubito; forsan retinendum est ἀγωγὸς in sensu τῦ διαχωρητικός *alvum movens*: sic *pag.* 86. κοιλίας ἐπαγωγόν (lego ὑπαγωγόν).

ὁ δὲ ἀρτιάλωτος, καὶ μὴ ζωγρείοις ἐγκεκλεισμένος, ΠΟΛΛΟΙ'Σ ἐγκάτοις, εὔςομος κ.τ.λ. Rasarius, *multa habet interiora*. Legendum forsan ΠΑΧΥ'Σ, *pinguia habet intestina*, quia leporem marinum venetur, eoque pascatur, ut ait Diphilus apud Athenaeum *lib. VIII. pag.* 355. τέτων (τῶν σκάρων) δὲ ὁ ΠΡΟ'ΣΦΑΤΟΣ ὕποπτος, ἐπειδὴ τὲς θαλαττίες λαγὼς θηρεύοντες σιτῦνται· διὸ καὶ τὰ 'ΕΝΤΟ'Σ χολέρας ποιητικὰ ἔχει. Nam pinguia secundum Hippocratem choleram creant: ʇὰ δὲ λιπαρὰ καὶ τὰ πίονα . . . . ὀξυρευγμίην, ὡς μάλιςα, παρέχει καὶ χολέρην. *De affectionibus tom. II. pag.* 188. *edit. Vanderlinden*; sed mallm omnino legere . . . ἐγκεκλεισμένος ΧΟΛΕΡΟ'Σ ἐγκά-

ἐγκάτοις, εὔςομος κ. τ. λ. i. e. χολέρας ποιητικός, *choleram gignit*, quo sensu accipit Hippocrates τὸ χολερός de porcinis carnibus loquens. *De Vict. Acut. tom. II. pag.* 317. Hoc si verum est, convenit inter Xenocratem & Diphilum, qui scari τὰ ἐντὸς χολέρας ποιητικά esse tradit. Lapsi sunt amanuenses ex χολερός in χολέροις, πολεροῖς, πολλεροῖς, & tandem in πολλοῖς; nec rarum est permutasse ipsos litteras Χ, & Π, quod binis exemplis ostendere possum. Ἰδιώτας exponit Hesychius πολίτας, ὉΠΛΙ'ΤΑΣ, ἀπείρους: scripserat nimirum ὈΧΛΙ'ΤΑΣ, *populares*, *plebejos* ab ὄχλος, quemadmodum a λόχος fit λοχίτης; ὀχλίτας vero, seu ὄχλον synonymum esse τοῦ ἰδιώτας docet nos idem Grammaticus in ἀγελαῖος, ὀχλώδης, ἰδιώτης, & ἀγύρτης, ὀχλαγωγὸς, ἰδιώτης. Errore contrario apud Platonem in *Gorg. tom. IV. pag.* 24. *edit. Bipontina* legitur πυκτεύειν τε καὶ παγκρατιάζειν, καὶ ἐν ὌΧΛΟΙΣ μάχεσθαι, quum sit legendum καὶ ἐν ὍΠΛΟΙΣ μάχεσθαι, ut manifesto legisse videtur interpres.

Pag. 54. πλακώδης σάρξ non est *caro plana*, sed *caro dura*, qualem esse carnem mulli testatur experientia, necnon Athenaeus *lib. VII. pag.* 24. *extr.* & Galenus *De Aliment. Facult. tom. IV. pag.* 355. qui σκληρόσαρκον vocant τὴν τρίγλην. Vox πλακώδης paullo deflexa est ad recentiorum Graecorum acceptionem, quibus πλάκα non simpliciter *tabulam*, sed *tabulam marmoream* denotat: Hesychio μάρμαρ, ςερέον.

διαφέρει δὲ ἡ πελαγία τῆς πετραίας, ΔΙΑ'ΠΥΡΟΣ οὖσα ΚΙΝΝΑΒΑ'ΡΕΙ καὶ ΧΡΥΣΩ'ΠΗ πωγωνοφόρος δ᾽ ἐςί. Rasarius . . . *quod rufus*

fit, cinnabarique, atque auro similem aspectum habeat &c. An legendum ΔΙΑ'ΠΥΡ'ΡΟΣ ὅσα ΚΙΝΝΑΒΑ'ΡΕΙ 'ΕΜΦΕΡΗ'Σ καὶ ΧΡΥΣΩ'ι (suppressa ultima syllaba τῦ χρυσώπῃ, utpote nata ex sequenti πωγωνοφόρος) aut κινναβάρει ἐμφερὴς καὶ ΧΡΥΣΩ'ΠΗι, pro quo tamen rectius dicitur χρυσωπὸς, quod Soli tribuit Euripides? Διάπυῤῥος est *valde rufus*, unde μιλτόπαρῃος dicta apud Athenaeum *lib. IV. p.* 135. *B.* τρίγλη, cujus nomen apud Gallos ROUGET. 'Εμφερὴς occurrit *p.*74. Confer Athenaeum *lib. VII. p.* 277. *D.* ubi χρυσώπιδας ἰχθύας vocat: ὑπόπυῤῥον ἰχθὺν idem refert *lib. VIII. p.* 332. *C.*

*Pag.*56. de Congro ὐδὲ κακόχυμος: suspectum est ὐδέ, nam Icesius εὐχυλίᾳ πολὺ λειπόμενον dixit apud Athenaeum *l. VII. p.* 288. *C.*

*Pag.*60. Caput ineditum quod habet Cod. Paris. 2291. sub titulo περὶ τῶν κητωδῶν ζώων extat fere verbo tenus apud Galenum *De Alim. Facult. tom. IV. pag.* 349. ubi quaedam emaculanda. Περὶ τῶν κητωδῶν ζώων. Εἴρηται μὲν ἤδη καὶ πρόσθεν ὑπὲρ (lege περὶ) τῶν ἐν τῇ θαλάττῃ κητωδῶν ζώων, ἐξ ὧν ἐστιν (lege εἰσὶν) αἵ τε Φῶκαι καὶ Φάλαιναι, δελφῖνές τε καὶ ζύγοναι (lege ζύγαιναι) καὶ τῶν θυννῶν οἱ μεγάλοι, καὶ πρὸς αὐτοῖς οἱ κύνες, ὅσα τ' ἄλλα τοιαῦτα· καὶ νῦν δὲ αὐτῶν (lege περὶ αὐτῶν) ἐν κεφαλαίῳ λεκτέον, ὡς ἅπαντα τὰ τοιαῦτα καὶ σκληρὰν καὶ κακόχυμον ἔχει καὶ περιττωματικὴν τὴν σάρκα, καὶ διὰ τῦτο προταριχεύοντες αὐτὰ τυπίπαν εἰς χρῆσιν ἄγυσι, λεπτομερεστέραν ἐργαζόμενοι τὴν ἐξ αὐτῶν ἀναδιδομένην τροφὴν εἰς τὸ σῶμα, καὶ διὰ τῦτο πεφθῆναι τε δυναμένην θᾶττον, αἱματωθῆναι τε μᾶλ-

μᾶλ-

μᾶλλον· ἡ γάρ τοι πρόσφατος, ὅταν μὴ πάνυ καλῶς πεφθῇ, πλεῖστον ἐν ταῖς φλεψὶν, ἀθροίζει τὸν ὠμῶν (legi ὠμὸν) χυμόν.

Pag. 66. Multa corrupta, quibus medela in promptu non est. Λυτικαὶ κοιλίας. Cod. Parif. 2291. habet ἀκτικαὶ κοιλίας: utrumque probum, praefero tamen vulgatam, utpote quam & Athenaeus usurpavit de eadem urtica. *Lib. III. p.* 92. C. Ibidem pro πληθεῖσαι, Rasarius legit πλυθεῖσαι. Melius Cod. Parif. 2291. πιληθεῖσαι, quod est synonymum τῷ συστραφεῖσαι. Ita πιλεῖν πλεκτάνας de polypo Eubulus apud Athenaeum *l. II. p.* 63. Pro ὅπως legit idem Rasarius οὕτως. Ibidem pro παγεῖσαι forsan legendum παρεῖσαι junctim cum seqq. δι' ὀβελῶν ἢ καρφῶν. Declarent ὥστε ἐναργῶς ἀρασθαι qui possunt. Μετὰ γλυκεὸς δὲ ἢ οἰνομέλιτος ΠΟΙΑ'ΝΑ ΠΟΙΗ͂ΣΑΙ γεῦσιν, εὔπεπτοι κ.τ.λ. An ΠΡΟΣΗΝΗ͂ ΠΟΙΟΥ͂ΣΑΙ (aut ἐμποιοῦσαι) γεῦσιν? Certe Rasarius legit Ποιοῦσαι γεῦσιν, vertit enim *gustum excitantes*. Infra postea χυμὸν ἀνίησιν εὔστομον dixit *pag.* 86. Προσηνῆ commode opponitur sequenti πλήσμιοι. (quod exponendum est *fastidiosi*) ut εὔπεπτοι opponitur τῷ δύσπεπτοι; sic τῷ προσηνεῖ opponitur τὸ πλήσμιον apud Athenaeum *pag.* 91. *A.* Verumtamen leviori correctione, unius nempe litterae abrasione legi potest ποιάν eodem sensu, quo apud Hesychium vox ποίοτης explicatur ἡδονὴ, νόστος; itemque ex opposito ἄποιον apud eundem confirmatur, ἀνήδονον, & ἄνοστον vertendo. Praeterea verbum ποιεῖν solemne fuit in arte coquinaria pro σκευάζειν, & διατιθέναι, sicuti quandoque Latini *facere* dixere. Athenaeus *lib. IX. p.* 381.

p. 381. B. ἐπιχέας ζωμὸν εὖ πάνυ πεποιημένον, καὶ μετὰ ταῦτα περιέπλησα (malim legere περιέπλασα, pro quo interpres videtur legisse περιέπασσα) τῦ χοίρε τὴν ἡμίσειαν κ.τ.λ. Hippocrates utitur composito περιποιεῖν, & in *lib. II. De Morbis Mulier.* p. 530. *tom. II. edit. Londin.* ἐρίφε κρέας ὀπτὸν μεδηνὶ ΠΕ'ΠΕΡΙ ΠΕΠΟΙΗΜΕ'ΝΟΝ ἐς ὄξος ἐμβάπτον: reposuerim μηδενί ΤΕ ΠΕΡΙΠΕΠΟΙΗΜΕ'ΝΟΝ, *neque ullo condimento parata*. Nam praeterquam piper Hippocratis tempore nondum in condiendis cibis adhibebatur, omnino deest μηδενὶ πέπερι in editione Calvi; ne dicam hac locutione subaudiri plures piperis species. Forte pro ἐπὶ ἀνθράκων ΜΑΛΑ'ΧΗΣ (Cod. Par. 2291.
ων
habet μαλαχης, sic) Ἢ ΚΛΗΜΑΤΙ'ΝΩΝ, Ὥ'ΣΤΕ, 'ΕΝΑΡΓ˜ΩΣ (idem Cod. ἐνεργῶς) Ἀ'ΡΑΣΘΑΙ: legerim ἐπὶ ἀνθράκων ΜΑΛΑΚΩ˜Ν ΚΛΗΜΑΤΙ'ΝΩΝ, Ὥ'ΣΤΕ 'ΑΡΓΩ˜Σ 'ΟΠΤΑ˜ΣΘΑΙ, *super prunas molles sarmentitias, ut lente assentur*. Passim apud Hippocratem μαλθακὸν πῦρ (Gallis *petit feu*) & expresse κλημάτινον πῦρ μαλθακώτατον p. 683. *extr. edit. Foesii.* Hesychio ἀργός exponitur βραδύς, *lentus*. Confer & Athenaeum p. 288. E. ubi occurrit ἁπαλὸν καὶ πρᾶον πῦρ; sed forsan legendum ὥστε ὁμαλῶς ὀπτᾶσθαι, cui opponit τὸ ἀνομάλως ὀπτᾶσθαι Athenaeus *III. pag.* 115. E. Ibidem ὀλισθηρὸν καὶ ὄλκιμον est idem quod Athenaeus *lib. II. pag.* 64. E. vocat ὄλκιμον καὶ γλίσχρον. Infra, ἄρισται 'ΑΙΘΕΡΙ'ΑΣ λαμβανόμεναι, lege ΑΙ' ΘΕΡΙ'ΑΣ, *quae aestate &c.* ut legit interpres: θερία pro aestate ab Herodoto, & Hippocrate saepius usurpatur.

Pag. 70. ἥδιςαι γὰρ ΑἹ τροφῶδεις: malim ΚΑῚ τροφῶδεις, quod καὶ expresserunt etiam Rasarius & Wottonus.

ΤῸΝ ΧΥΛΟ`Ν αὐτῶν ἉΠΛΟΥ͂Ν ἈΜΕΤΑΠΟΙ'ΗΤΟΝ: haec omnia desunt in Wottono. Rasarius ita vertit, quasi legisset Ὁ ΧΥΛΟ`Σ αὐτῶν ἉΠΛΟΥ͂Σ, ἈΚΑΤΑΠΌΝΗΤΟΣ, *succus earum simplex confici non potest*; & sane sensus postulat ut sit nominandi casus. Ἀκαταπόνητος confirmatur ex parte Cod. Paris. 2291. ubi ἀμεταπόνητον, & synonymum est τῦ δυσκατέργαςος, quod usurpatur a nostro *p.* 42. & a Rasario vertitur *difficiliter conficitur*; sed & ἀμεταποίητος probum est.

γλυκυμαρίδες προφέρυσι τῶν ΤΡΑΧΕ'ΩΝ: haec falsa sunt; ipsae namque glycimarides sunt eaedem, quae τραχεῖαι *asperae*, secundum nostrum *pag.* 112. An legendum προφέρυσι ΛΕΙΟΣΤΡΑ'ΚΩΝ? Hoc distat a vulgata lectione, tamen confirmatur a nostro *pag.* 114. αἱ δὲ γλυκυμαρίδες χαριέςεραι τῶν λείων ὀςρακίων (lege λειοςράκων) κόγχων. An ΧΗΜΩ͂Ν ΛΕΙ'ΩΝ? Hoc innuere videtur in nota 6. *p.* 71. nescio unde prompta; *suavitate chamelejo praeferuntur*, in qua certe illud *Chamelejo* exprimit χαμῶν λείων. An minori negotio legendum προφέρυσι τῶν ΜΗ` ΤΡΑΧΕΙΩ͂Ν? Unum μὴ, quod facile excidi poterat, sensui consulit. An προφέρυσι τῶν ΒΡΑΧΕΙΩ͂Ν? Erant nimirum Chamae aut μικραὶ, quae ὄςρεα vocabantur, aut μεγάλαι, quae & πελώριαι (vide Athenaeum *lib. III. p.* 90. *C.*) inter has *medias* extitisse necesse fuit, quas glycimaridas esse arbitror, edoctus a Nostro *p.* 112. τῶν δὲ χημῶν τὰς

τρα-

τραχείας, γλυκυμαρίδας ἔνιοι καλοῦσιν οἱ δὲ κόγχας· αἱ κατὰ μῆκος ἔχουσι, ἐλάττω δὲ (legi αἱ καὶ τὸ μῆκος ἔχουσιν ἔλαττον) τῶν κατ' Αἴγυπτον γινομένων: quae forsan Aegypto natae Chamae erant omnium maximae, ac πελώριαι, πελωρίαδες, aut βασιλικαί dictae. Athenaeus *pag.* 92. *extr.* Sed quum Glycimarides erant simul & asperae (vide Nostrum *p.* 112.) inde nata altera divisio chamarum in τραχείας, & λείας. Athenaeus *pag.* 87. *B.* Has ultimas nescio cur Icesius cum ipsis Regiis confundit. *Ibid.* Nisi quis existimet *Regias, sive peloridas omnes leves* etiam fuisse; quod tamen repugnat iis, quae Xenocrates dicit *pag.* 114. Confer cum *p.* 76. Ceterum nomen βασιλικοῦ plurimis aliis esculentis tributum est, ita βολβοί βασιλικοί apud Athenaeum *lib. II. pag.* 64. *B.* ἐγχέλεις βασιλικαί *ibid. pag.* 71. *B.* σῦκα βασίλεια & ἰσχάδες βασιλικαί. *Idem lib. III. p.* 75. *D.* 76. *F.* & 78. *A.*

Pag. 70. & 72. ἐλάττω δὲ τῶν ὕρων, lego ἔλαττον. μειονεκτοί, lego μειονεκτοῦσι. Confer locum parallelum *pag.* 114. ἧττους (plurali numero) δὲ πελωρίδων, ὀπταὶ δὲ ΚΑΙ' ἘΦΘΑΙ' σκληροποιοῦνται ἑψηθεῖσαι δὲ κ. τ. λ. expungenda sunt καὶ ἑφθαί, quia sensum turbant: pro iis interpres, *mea quidem sententia* habet; legerat nimirum οἶμαι δ' ὅτι ὀπταὶ κ. τ. λ. Praefero lectionem Rasarii, quam continet ex parte Cod. Paris. 2291. οἶμαι δ' ὅτι ἑφθαὶ (mendum pro ὀπταί). Sic pari dubitatione *pag.* 76. ὑποληπτέον δὲ κ. τ. λ.

εἰσὶ ΔΕ' ΔΙΑΚΡΙΤΙΚΑΙ' ΣΤΟΜΑΧΟΥ (γλυκυμαρίδες). An legendum εἰσὶ δὲ ΕΥΕΚΚΡΙΤΟΙ, ΚΑΙ' ΕΥΣΤΟΜΑΧΟΙ? Icesius apud Athe-

Athenaeum *pag.* 87. *B.* τὰς τραχείας (quae sunt nostrae glycimarides) εὐεκκρίτους vocat, & Diphilus *ibid. pag.* 90. *C. de parvis* (ad quas accedisse etiam natura *medias*, quas nos Glycimaridas esse putavimus, verisimile est) expresse εὐστόμαχοί εἰσι καὶ εὐέκκριτοι, αἱ δὲ παχεῖαι, βασιλικαὶ δὲ πρός τινων καλούμεναι, πελώριαι τε λεγόμεναι .... δυσέκκριτοι, εὔχυλοι, εὐστόμαχοι, καὶ μάλιστα αἱ μείζους.

ποικίλαι καὶ στρογγύλαι: Rasarius legit καὶ ποικίλαι, sed totus locus legendus, & distinguendus cum Cod. Paris. 2291. χημῶν διάφορα, ποικίλαι γὰρ καὶ στρογγύλαι. εἰσὶ

Pag. 74. ἐμφερεῖς φήγοις, lege ἐμφερῶς φηγοῖς. Wottonus etiam *pag.* 88. *not.* 99. legisse videtur ἐμφερῶς, quod expresse habet Cod. Paris. 2291. Potest & ἐμφερῆ legi, ut referatur ad ἐχῖνον. Διάφοροι δὲ οἱ ἐν Μιτυλήνῃ: idem testatur Athenaeus *p.* 86. *extr.* & *pag.* 93. *D. E.*

Κτένες κράτιστοι οἱ εὐμεγέθεις, ΚΟΙ'ΛΟΙ, τὴν χρόαν μελάντεροι κ. τ. λ. Nulla apud Athenaeum mentio de hac pectinum κοιλότητι. An ΠΟΙΚΙ'ΛΟΙ? Nam sic de iisdem infra *pag.* 80. οἱ δὲ πυῤῥοὶ βρωματώδεις (lege βρομώδεις) καὶ οὐρητικοί· οἱ δὲ ποικίλοι, μέσοι.

Pag. 76. διαχωρητικοὶ δ' εἰσὶ μετ' ὄξους καὶ ὀποῦ διὰ τὸ ποσῆς γλυκύτητος μετέχειν: quid legerit Rasarius hariolari facile non est. Ego sana omnia arbitror. Ὀπὸς per excellentiam est *succus silphii*, quem *pag.* 94. ὀπὸν κυρηναϊκὸν vocat. Ποσῆς (pro quo mendum Cod. Paris. 2291. πασῆς) significat ὀλίγης, μετρίας, quo sensu usurpatur ab Hippocrate. Confer oeconomiam Foesii voce ποσῷ. Sic Athe-

Athenaeus *lib. III. pag* 91. *E.* de lepadibus ἑφθαὶ δὲ ποσῶς εὔστομοι, & *ibid. pag.* 80. *extr.* de *malis* διὰ τὴν ποσὴν στύψιν. Sed post ὀπτῶ excidisse videtur vocabulum ἑψόμενοι, quod apparet in versione Rasarii, & necessario opponi debet sequenti ὀπτώμενοι: sic infra *pag.* 78. elixos assatis magis alvum movere dicit.

Pag. 78. ὁμοίως δὲ καὶ λύοι λύουσι κοιλίαν, καὶ ἂν παλαιοὶ ὦσιν ἢ νηροί: pro λύοι legerat Rasarius λεῖοι in sensu τῶ λειανθέντες; vertit enim *contriti*. Cod. Paris. 2291. habet πλεῖοι. Veram lectionem fuisse arbitror ΛΕΥΚΟΙ', ut opponantur *nigris*, μελαντέροις *p.* 76. Sic apud Athenaeum *lib. III. p.* 90. *extr.* τῶν δὲ κτενῶν ἁπαλώτεροι μὲν εἰσὶν οἱ ΛΕΥΚΟΙ'· ἄβρωμοι γὰρ καὶ ΕΥ'ΚΟΙ'ΛΙΟΙ, τῶν δὲ μελάνων καὶ πυῤῥῶν οἱ μείζονες κ.τ.λ. Pro νηροὶ lego cum mss. Vat. & Paris. νεαροί.

ἦρων ΟΥ'Κ εὔφθαρτοι οἱ ΠΥΞΙ'ΖΟΝΤΕΣ: numne auctoritate modo laudati Athenaei possumus legere ΠΥΡ'Ρ'Ι'ΖΟΝΤΕΣ? Negationem οὐκ abesse mallem, nam teste Athenaeo *lib. III. pag.* 90. *extr.* tum albi, tum nigri, tum rufi pectines κοινῶς πάντες εὐστόμαχοι, εὔπεπτοι. Sic idem Athenaeus *lib. VII. p.* 312. *extr.* de *Myris* . . . . οἱ μὲν μέλανες, οἱ δ' ὑποπυρίζοντες (malim ὑποπυῤῥίζοντες) & *ibid. p.* 281. *extr.* de *Alphestis*, πορφυρίζοντες; sed nihil forsan mutandum; buri enim color accedit quodammodo ad τὸ πυῤῥὸν in sensu τῶ ξανθῶ: sic ciceres sunt alii μέλανες, alii λευκοὶ καὶ πυξοειδεῖς apud Athenaeum *lib. II. p.* 55. *B.*

χρείττω δὲ οἱ ἑφθοί, lege χρείττυς.

ὑπολειπτέον δ' ΕΛΑ'ΤΤΟΥΣ ἔχειν τὸ ἄτοπον ΤΟΥ'ΤΟΙΣ ἐν ταῖς ἑαυτῶν ὀστράκοις ὀπτω-

μέ-

μένυς, εὐτροφωτέρυς καὶ ταρακτικὺς "ΗΤΤΩ, εὐςομώτεροι δὲ ὀπτοὶ ΚΑΤΑΡΑΘΕΝΤΕΣ 'ΑΚΡΑ'ΤΩΣ κ.τ.λ. Lego "ΕΛΑΤΤΟΝ ἔχειν τὸ ἄτοπον ΤΟΥ'Σ ἐν τοῖς . . . . . καὶ ταρακτικὺς "ΗΤΤΟΝ;. & ita legiſſe videtur Raſarius. Reliqua vertit *expurgati plane pureque*, quaſi legiſſet καθαρθέντες ἀκράτως; ſed ego lego εὐςομώτεροι δὲ ὀπτοὶ ΚΑΤΑΡ'Ρ'ΑΝΘΕ'ΝΤΕΣ 'ΑΚΡΑ'ΤΩι, *mero aſperſi*: ſic de *pinnis pag*. 104. καὶ μᾶλλον αἱ τῷ οἴνῳ ἐῤῥαμέναι, *quae vino aſperguntur*.

εὔςομοι, εὔπεπτοι, προκρίθέοι τῶν 'ΟΣΤΡΑΚΙ'ΩΝ: ſi vera eſt lectio εὐτονώτεροι (pro εὐςομώτεροι) ut legiſſe videtur Raſarius in ſuperiori linea hujus paginae, tunc ſtare poteſt in linea ſequenti ΕΥ"ΣΤΟΜΟΙ; ſin minus, mutandum eſt hoc in ΕΥ'ΣΤΟ'ΜΑΧΟΙ: eoque magis quod eodem ordine & apud Athenaeum *l.III. p*.90. *extr*. leguntur εὐςόμαχοι, εὔπεπτοι. Sequens ὀςρακίων aut mutandum in 'ΟΣΤΡΕΙ'ΩΝ, vel ὀςρέων (Gallice *huitres*) aut Auctorem hoc ſignificatu τῦ ὀςρέων uſurpaſſe putandum vocabulum ὀςρακίων; ſed tamen *p*. 76. εὐπεπτότεροι τῶν ὀςρέων, & *p*. 32. καθάπερ τὰ ὄςρεα dixit.

οἱ δὲ πυῤῥοὶ, ΒΡΩΜΑΤΩ'ΔΕΙΣ: malim ΒΡΟΜΩ'ΔΕΙΣ, *grave olentes*, ut *pp*. 32. 36. & alibi, ſic cum Athenaeo *lib. III. p*. 90. *extr*. *albi* pectines ἄβρομοι dicuntur, eo ipſo innuit Diphilus *Rufos* aliquid τῦ βρομώδυς habere.

Pag.80. σκληροὶ δὲ οἱ λευκοί: redundant verba οἱ λευκοί, & ex praecedentibus repetita videntur. Si quis retinere mavult, ponat τελείαν ςιγμὴν poſt praecedens γλυκύτεροι. De iiſdem pectinibus: καὶ ΠΟΣΑ' ΔΕ' ΑΥ'ΤΩ"Ν 'ΕΜΦΕ'ΡΕΙ ΦΥΚΙ'-

ΚΙ'ΟΙΣ. Rasarius ... *& eorum aliqui fucis sunt similes*, quasi legisset καί τινες δὲ αὐτῶν ἐμφερεῖς Φυκίοις, cujus lectionis vestigia exhibet Cod. Par. 2291. καὶ τὰς ἀδεαυτῶν (sic) ἐμφέρει Φυκίοις; sed quid sibi vult *fucis similes*? An ut Glycimarides *p.* 74. sic & pectinum aliqui καί ΤΙΝΕΣ ΔΕ' ΑΥ'ΤΩ͂Ν 'ΕΜΦΕΡΕΙ͂Σ ΦΗΓΟΙ͂Σ? An... ἐμφερεῖς ΦΥΚΙ'ΑΙΣ, aut ΦΥΚΙ'ΣΙΝ? *Saporem referunt piscis phycidis*, de quo vide Athenaeum. Nihil definio.

Pag. 82. ἡ δὲ γὰρ ψαφαρά ἐστιν ἰχυώδης, στατικὴ κοιλίας, καὶ πλέον, εἰ ὀπτηθείη· 'ΑΝΤΙΠΡΑΚΤΙΚΩΤΕ'ΡΑ δὲ ἡ ἑφθή: pro ἡ δὲ malim ἥδε, *haec*, referens ad proxime praecedens μήκωνος. Pro ἰχυώδης lego ἰχθυώδης, *saporem piscis referens*, aut *pisci similis*. Tandem legendum conjicio ΣΥΝΤΑΡΑΚΤΙΚΩΤΕ'ΡΑ δὲ ἡ ἑφθή, *elixa magis alvum turbat quam assa*; ταράττειν, & συνταράττειν Hippocrati familiaria de alvi turbatione, nec non Nostro; sic enim supra *pag.* 78. *extr.* ταραττικοὺς ἧττω, & *pag.* 80. κοιλίαν οὐ ταράσσουσι. Similis error in Hippocrate: ἔτι δὲ καὶ ἐν τῇσι νούσοισι τῇσι μακρῇσι γίνονται πόλλαι συμπαρατάξιες, αἱ μὲν ἀπὸ ταυτομάτου, αἱ δὲ καὶ ἀπὸ τῶν προσενεχθέντων τῶν τυχόντων. *Tom. I. pag.* 36. ubi quidam habent συμπαρατάξιες, alii συμπαραπράξιες, quum genuina lectio sit συνταράξιες *conturbationes*, tum totius corporis in universum, tum alvi peculiariter, sive spontanea, sive ab ingestis oborta; in Nostro potest etiam legi 'ΕΚΤΑΡΑΚΤΙΚΩΤΕ'ΡΑ, quod magis arridet: ἐκταράξαι κοιλίαν *pag.* 90. & Hippocrates *De Vict. Acut. p.* 317. *tom. II.* χολερώτερα δ' ἂν εἴη καὶ ἐκταρακτικά.

P. 84. τὸ δὲ ἀπ' αὐτῶν ὕδωρ, διαχωρητικὸν κοιλίας θερμὸν ΓΕΝΟ'ΜΕΝΟΝ. Num ΠΙΝΟ'ΜΕΝΟΝ?

σὺν δὲ τῇ μήκωνι ἑψόμενον κιῤῥότερον καὶ Ι'ΧΥΩ͂ΔΕΣ, lego 'ΙΧΘΥΩ͂ΔΕΣ, ut legisse videtur Rasarius. Idem error jam supra *pag.* 82. Ἰχθυωδέστεροι occurrit etiam *pag.* 86. Videndum tamen an non potius legendum 'ΙΛΥΩ͂ΔΕΣ, *faeculenta*, *limosa*, ut *pag.* 48. Meam conjecturam calculo Cod. Paris. 2290. video nunc comprobatam. Lego igitur audacter *p* 82. *lin.* 4. ἰλυώδης, & *pag.* 84. *lin.* 3. ἰλυῶδες, fortassis & *pag.* 86. legendum ἰλυωδέστεροι.

ἔνιοι δὲ ἑψήσαντες αὐτὰς ΛΕΑΙ'ΝΟΥΣΙΝ, ἐμφερῶς 'ΑΚΑΛΗ'ΦΟΙΣ ἀρτύοντες· γίγνονται εὔστομοι, 'ΑΝΑΤΟΛΙΚΗ͂Σ σελήνης, πλήρεις, λεπτοὶ δὲ θέρους εἰσίν: λεαίνουσιν ut *conterunt*, *& comminuunt*, quod *pag.* 104. per λειοτριβηθέντες expressit. Pro ἀκαλήφοις repone ex mss. Vat. & Parisi. ἀκαλήφαις; dein lege 'ΑΝΑΤΟΛΗ͂Σ σελήνης, *luna exoriente*.

Pag. 86. καὶ τοῖς ἑαυτῶν ΔΕ'ΡΜΑΣΙ μετρίαν διαφορὰν "ΕΧΟΥΣΑΙ: Rasarius pro διαφοράν legisse videtur διαφθοράν: emenda καὶ τοῖς ἑαυτῶν ΔΕ' ΜΕ'ΡΕΣΙΝ ΟΥ' μετρίαν διαφορὰν ἔχουσαι (lego ἔχουσι). Mox sequitur τράχηλοι μὲν γὰρ κ. τ. λ. firmat hanc emendationem Wottonus: *sed in earum partibus discrimen est: quod collum namque appellatur &c.*

ὀλιγόχυμοι: contrarium Athenaeus *lib. III.* *p.* 91. *extr.* de purpurarum collis πολύχυμον.

πλεονάσαντες δὲ (οἱ πυθμένες τῶν πορφυρῶν) χολερώδεις, ναυτιώδεις ΜΕΛΑ'ΝΩΝ 'ΑΠΟΛΑΥΣΤΙΚΟΙ': non per *bilem facit* reddenda est vox

χολερώδεις, ut Rasarius interpretatur; sed *Choleram* (morbum sic dictum) *creant*, quod recte vidit Wottonus *p*.63. *not*.46. Quam choleram ab aquatilium immoderato esu oriri aliquando auctor est Hippocrates: τὰ δὲ χολερικὰ ἐκ . . . σηπίης καὶ καράβων τε καὶ ἀςακῶν κ.τ.λ. *Epidem. lib.VII. p*.862. Cholera morbo interemptum & Diogenem Cynicum perhibent Diogenes Laërtius. (*in vit. Diog.*) & Athenaeus *lib.VIII. p*.341. nisi quod hic ex esu polypi crudi ὠμὸν πολύποδα καταφαγὼν, ἐπιθεμένης αὐτῷ τῆς γαςρὸς ἀπέθανε, hoc accidisse dicit: ille bovis pedem crudum manducasse Cynicum narrat βοὸς πόδα καταφαγόντα ὠμὸν, χολερικῶς ληφθῆναι. Sed quid est μελάνων ἀπολαυςικοί, & quid pro hac postrema voce legit Rasarius vertens *atri humoris copiam gignit*? Tota sententia altius repetita sic legenda, & distinguenda: οἱ δὲ πυθμένες ἢ μήκωνες . . . . σιελοποιοὶ (πλεονάσαντες δὲ χολερώδεις, ναυτιώδεις) ΜᾺΛΛΟΝ ἈΠΟΛΑΥΣΤΙΚΟΙ΄. Athenaeus *lib. III. p*.87. de earum purpurarum papaveribus, sive fundis: τροφιμώτεραι δὲ τούτων εἰσὶ καὶ ἈΠΟΛΑΥΣΤΙΚΌΤΕΡΑΙ αἱ τῆς πορφύρας μήκωνες. Ἀπολαυςικὸν ut nutritivae facultatis ultimus, ac praecipuus actus, i. e. per universas corporis partes, & ipsarum particulas aequa cibi cocti & confecti, sive chyli, distributio; ita ut quasi synonymum sit τοῦ τρόφιμον, quocum jungitur apud Athenaeum: sic ipse Athenaeus *lib. VIII. p*. 358. *A*. πρὸς δὲ τὰς ἀναλήψεις ἀπόλαυσιν (i. e. nutritionem) ἔχει πλείω κ.τ.λ. Non ita procul ab hoc significatu abest μὴ δύνασθαι τῶν σιτίων ἀπολαύειν. Idem *lib. III. p*.120. *E*. Confirmat tandem Hip-

Hippocrates hanc significationem *De Veteri Medicin. tom. I. p.* 24. μέχρις αὐτέε ἡ κοιλίη τῶν ἤη προτεραίη προσενηνεγμένων σιτίων ἀπολαύση τελέως: & aliquot post expressius: ὅτι ἐκ, ἐπειδὰν ταχίστα ἐδεήσθη τροφῆς, τὸ σῶμα καὶ τὰ πρότερα καταναλωτο, καὶ ἐκ (malim ἐκ ἔτι) εἶχεν ἐδεμίαν ἀπόλαυσιν, εὐθέως αὐτῷ παρεγένετο καινὴ τροφή. Pro ἀπολαυστικοί Athenaeus *lib. III. p.*91. *extr.* de iisdem purpuris usurpavit τὸ εὐανάδοτον, quod idem fere sonat.

τά τε κολέρια (Fabricius habet κολέλια) ἢ κορύφια τῶν ὁμογενῶν ὁπόσα στρομβοειδῆ πάντων κ.τ.λ. Pro κολέρια mss. Reg. & Vatic. habent ΚΟΛΥ'ΚΙΑ, addita glossa κορύχια. Hariolari quid sint κολέρια, vel κολύκια, vel κορύχια perquam difficile esset, nisi nobis illud κορύφια aditum ad veram lectionem patefaceret. Est nempe κορύφιον (diminutivum a κορυφὴ) purpurae *caput*, idem ut videtur, quod ἄνθος Aristoteles vocat apud Athenaeum *lib. III. p.*89. *A.* Veri itaque simile est Xenocratem scripsisse ΚΑΛΥ'ΚΙΑ (pariter diminutivum a κάλυξ, servatum in Hesychii glossa: Καλύξεις, ῥόδων καλύκια) pro κολέρια: ad quam lectionem ducit nos praeterea mss. Reg. & Vatic. corruptum κολύκια. Ducta est metaphora a floribus ἄνθεσι, qui dum clausi sunt vocantur *calyculi*, & capitum, sive κορυφῶν formam referunt. Ast nullum amplius dubium supererit, si nostrae conjecturae testem idoneum praestiterimus Hesychium. Κάλυξ, inquit hic Grammaticus .... τὸ μὴ ἐκπετασθὲν ἌΝΘΟΣ .... σημαίνει δὲ καὶ τὴν ΘΑΛΑΣΣΙ'ΑΝ ΠΟΡΦΥ'ΡΑΝ: ex quibus satis superque liquet quid sit

ἀν-

ἄνθος, vel καλύκιον, vel κορύφιον purpurae. Quod si tamen Hesychius generalius κάλυκος vocabulum de universo purpurae corpore, Xenocrates vero de ejus tantummodo capite, sive flore usurpavit; id fortassis ex eo petendum est, quod nomen κάλυκος, vel ἄνθος primo peculiari metaphora ad purpurae caput traductum, postea de universo ipsius corpore dici obtinuit; eoque magis apte, quod nobilissimum *colorem*, Graecis ἄνθος (ut patet ex Hesychio: ἄνθη χρώματα) tinctoribus praeberet haec concha.

κοιλίας ἐπαγωγόν, imo ὑπαγωγόν: de alvo solvenda dicunt Graeci κοιλίαν ὑπάγειν, nunquam ἐπάγειν.

μικρόσαρκα ἀνάλογον κοχλίαις κ.τ.λ. quidam legunt μικρόσαρκον, & praecedentibus jungunt; μικρόσαρκοι vera est lectio, referturque ad πορφύραι, ut opponatur ταῖς μείζοσι. Sic Athenaeus *de chamis lib. III. p. 96. C.* αἱ μικραὶ καὶ λεπτὴν ἔχουσαι τὴν σάρκα ...... αἱ δὲ παχεῖαι ...... καὶ μάλιστα αἱ μείζους, ἀνάλογοι κοχλίαις, i. e. easdem habent facultates, quas cochleae ἀσαρκότεροι vocatae, quibus opponuntur αἱ πολύσαρκοι καὶ χηπάδεις p. 88.

πρὸς ἀναπoσίαν δὲ ΑΘΕΤΑ ζεσθέντα ΤΡΟΦΙΜΑ, ὀπτὰ δὲ σκληρά· ὁ δὲ μήκων αὐτῶν στατικωτέρα ΕΝΤΡΟΠΩι κηρύκων: num sensu contrario legendum ΕΥ'ΘΕΤΑ *aptae?* Forte pro τρόφιμα legendum ΤΡΥΦΕΡΑ', *tenerae*, *molles*, ut opponantur proxime sequenti σκληρά. *Reliqua operarum sphalmata tolle legendo: Ἡ δὲ μήκων ..... ΕΝ ΤΡΟΠΩι.

Pag. 88. τὰ δὲ λεπτὰ εἴδη, τὸ μὲν ἐπίμηκες ΟΥΤΩ

καὶ σάλπιγγος δίκην ἐμφυσῶσι, τὸ δὲ στρογ-
, ὥ τέλαιον ἀναχέεσι: lego τὸ μὲν ἐπίμη-
ΤΟΥ'ΤΩι, aut Ὦι instar membri sequentis,
ΟΤΩι (pro ὅτινι) καὶ σάλπιγγος. κ. τ. λ.
chius: στραβήλῳ τῷ κόγχῳ, Ὧι ἐσάλπιζον
oce κόχλος, τοῖς θαλασσίοις (sub. κόχλοις)
ὄντο πρὸ τῆς τῶν σαλπίγγων εὑρέσεως, καὶ ὁ
ιβος. Pro finali ἀναχέεσι forte aliquis protu-
ἀνακαίεσι; nam cochleis interdum pro lu-
is uti notum est, maxime in Φωτοχυσίαις, aut
αγωγίαις, quas Galli *illuminations* vocant,
forsan melius ἐγχέεσι.

χολερικόν: vide quae de χολερικῷ, aut χο-
ῶδει diximus supra ad *p*. 86.

Pag. 90. ἢ χλωρῶν πηγάνε τι μετ' ὀξυπετέ-
: lego ἢ χλωρῦ πηγάνε τι καὶ ὀξυπεπέρεος.
d. etiam Par. 2290. exhibet πηγάνε.

οἱ δὲ πενταδάκτυλοι ὀξυπύθμενοί τε ΤΩ῀Ν
λων κληζόμενοι ἕλικες ἢ κ. τ. λ. Lege ΠΑΡ'
λων κληρόμενοι *ab aliis nominati*. Sic *pag*. 30.
ρὸς ἐνίων σαυροὶ καλέμενοι, ubi mss. Vindingii
git παρ' ἐνίων σ. κ.

προβρεχόμενοι δὲ ὈΠΤΟΙ καὶ ὄξει πρὸς
ρῶσιν ἐπιτηδειότεροι ἐκταράξαι ΚΟΙΛΙ'ΑΝ Ἄ-
ΕΥΘΟΙ κ. τ. λ. Malim ὈΠΩ῀ι καὶ ὄξει... ἐκ-
αράξαι ΚΟΙΛΙ'ΑΝ ΕΥ'ΘΕΤΟΙ. Condiendi ra-
io per ὀπὸν, & ὄξος occurrit saepe apud No-
strum, ut in hac ipsa pagina infra, & *p*. 76. 94.
& alibi. Ἄνευθοι, quod *incoctae*, reddit interpres,
peccat primum in scriptura, quum esset legendum
ἄνεφθοι, dein ἐκταράξαι non habet unde regatur;
verisimillimum mihi videtur primam τῦ ἄνευθοι
natam fuisse ex finali vocis κοιλίαν, & εὔθοι, quod
su-

superest, oscitantia; aut abbreviandi studio scriptum fuisse pro εὔθετοι· ἐκταράξαι κοιλίαν εὔθετοι, *sunt alvo turbandae aptae*, i.e. διαχωρητικοὶ, quod p. 16. πρὸς τὰς ἐκκρίσεις εὖ ἔχουσι p. 44. πρὸς διαχώρησιν ἐπιτήδειοι p. 58. πρὸς ἐκκρίσεις ἄμεμπτος & p. 70. πρὸς κοιλίας μάλαξιν ἐπιτήδειοι; & haec eadem p. 90. μαλακώτεροι πρὸς ἔκκρισιν.

κοχλίαι δύσπεπτοι, ΠΑΡΑΦΡΑΚΤΙΚΟΙ', ὄξει καὶ ὀπῷ ΠΟΙΗ͂Ι ἽΝΑ ἐσθιόμενοι, ἔτι δὲ εὐζώμῳ. Illud παραφρακτικοὶ *obstruentis*, pro quo Rasarius legisse videtur παρεκφρακτικοὶ *aperiunt*, cui opponitur ἐμφρακτικοὶ p. 94. valde est suspectum. Quidquid sit de hac lectionis varietate, vertendum est *aliquantum obstruunt* παραφρακτικοὶ, aut *aliquantum desobstruunt* παρεκφρακτικοὶ; eadem significatione praepositio παρὰ, quam habet in παράκωφος: ita erat vertendum & παραστύφει *quoniam aliquantum adstringit* apud Athenaeum *III.* p. 73. *A.* Redeamus ad Xenocratem: dixit κοχλίας alvum turbare; atqui quae alvum turbant obstruere non possunt, sed nec desobstruendi virtus cochleis adscribi potest: existimo itaque legendum esse ΤΑΡΑΚΤΙΚΟΙ', in sensu τοῦ διαχωρητικοί p. 94. Pro ποιῇ ἵνα ἐσθιόμενοι, quae sensum commodum exhibere nequeunt, Rasarius *ut qui eis vescuntur pinguescant*, quasi legisset ὡς πιαίνειν ἐσθιόμενοι, aut ὡς πιαίνεσθαι ἐσθίοντας, aut aliquid simile; malim ὄξει καὶ ὀπῷ ΠΡΟΣΗΝΕΙ͂Σ ἐσθιόμενοι, *cum aceto, & succo manducati grati sunt*. Similis error supra *pag.* 68. ubi pro ποίανα (quod accedet ad ποιῇ ἵνα) προσηνῆ legendum arbitrati sumus. Athenaeus *III. pag.* 91. *A.* de *echinis*: μετὰ δὲ ὀξυμέλιτος λαμβανόμενοι καὶ σελίνου

καὶ ἡδυόσμυ, εὐςόμαχοι, γλυκεῖς τε καὶ
λοι· προσηνέςεροι δ' αὐτῶν οἱ ἐρυθροὶ κ.τ.λ.
ιg. 92. ἑφθαὶ δὲ συναρτυόμεναι, εὔςομοι: illud
τυόμεναι ablativum condimenti cujusdam in-
ι librariorum excisum, reclamat; ita *pag*.100.
η τε καὶ ὄξει συναρτύεται. An pro ἑφθαί le-
ium ὀπῷ tantum, aut ἑφθαὶ δὲ ὀπῷ? Prae-
, secundum, quoniam & Diphilus habet ἑφθαί
d Athenaeum *III. p.*91. *E.* ubi pro εὐκατέρ-
ςοι emenda ex Xenocrate δυσκατέργαςοι, ut
sit congruere cum σκληροί.
Pag. 94. ΒΟΗΘΟΥ͂ΝΤΕΣ δὲ ὀπῷ κυρηναϊκῷ
r.λ. Lego ΒΟΗΘΟΥ͂ΝΤΑΙ, ut legisse vide-
interpres.

οἱ δὲ ἑψηθέντες καὶ τριβέντες καὶ ἀρτιθέντες
ego ἀρτυθέντες) ἧττον ΤΟΥ͂Σ ΒΡΟΜΩ΄ΔΟΥΣ
ὶ ἼΣΑ ποιοῦσι ΤΟΙ͂Σ ΤΡΟΜΜΩ΄ΔΕΣΙ . . .
inus virosi sunt, sed eadem quae turbinati faciunt.
ἀsarius. Legit nimirum ἧττον ΒΡΟΜΩ΄ΔΕΙΣ (aut
" ΕἸΣΙ ΒΡΟΜΩ΄ΔΕΙΣ) τὰ ἼΣΑ ΔῈ ποιοῦ-
ι ΤΟΙ͂Σ ΣΤΡΟΜΒΩ΄ΔΕΣΙ (aut ςρομβοειδέσι)
quae lectio vulgata anteponenda videtur. Sic *p.86.*
ςρομβοειδῆ vertit *turbinatae*. Στρομβώδη occurrunt
apud Athenaeum *III. p.* 89. *B.* Quas hic βρο-
μώδεις, & ὐκ εὐςόμυς vocat, apud Athenaeum
nominantur σκιλλώδεις καὶ πρὸς τὴν γεῦσιν ἀπειθεῖς
*lib. III. p.*87. *C.* Τὰ ἴσα ποιοῦσι τοῖς ςρομβώδεσι
declaratur e *p.*104. Nostri, ubi procul dubio le-
gendum ςρόμβοι pro σκόμβροι. Cod. Par. 2290.
habet ΤΟΥ͂ ΒΡΟΜΩ΄ΔΟΥΣ, ubi vestigia ele-
gantis locutionis mihi cernere videor: ἧττον ΤΟΥ͂
ΒΡΟΜΩ΄ΔΟΥΣ ΜΕΤΕ΄ΧΟΥΣΙ, τὰ ἴσα δὲ
κ. τ. λ.

M ΜΥ͂-

ΜΥ῀ΕΣ ΚΑΙ` (Fabricius μῦς καὶ) ϛρογγυλώτεραι μέν εἰσι ΜΥΩ῀Ν (Fabricius in margine ΜΥΑ´ΚΩΝ) μικρότεραι δὲ κ.τ.λ. Rasarius legit μύες ϛρογγυλώτεραι μέν εἰσι ΜΥ´ΑΚΩΝ &c. quam lectionem praefero , confirmatam insuper a Cod. Parif. 2290. Μύακες enim (ut ex forma apparet) sunt grandiores mures; μύες autem minores, quos pariter Athenaeus δασεῖς, εὐχυλωτέρους, & ἀτ]εοφωτέρους vocat *III. p.* 87. *D.* Sed contra τροφίμους vocat *pag.* 90. *D.*

Pag. 96. κινητικοὶ βηχὸς καὶ ΒΡΟΧΗ῀Σ : legendum βράγχου , aut βράγχους , aut βραγχείης. Confer Hesychium .

ΤΟΥ´Σ τε ἀπὸ τῶν πετρῶν ἢ Φυκίων, δριμεῖς γὰρ ΟΙ῀ΔΕ ; sensus postulat ΟΙ´´ τε ἀπὸ πετρῶν ἢ φυκίον, δ.γ. ΟΙ´´ΔΕ & ita legit Rasarius . Similis solecismus supra *pag.* 70. τὸν χυλὸν αὐτῶν ἁπλοῦν , ἀμεταποίητον, accusativi pro nominativis. Post κεραμέων vocabulum ἐμπεφυκότες, aut aliquid simile cecidisse videtur .

χαίρει γὰρ ῾ΕΡΙΚΙΡΝΑ´ΜΕΝΟΝ ΓΛΥΚΕ´ΣΙ, ΚΡΑ´ΣΕΙ, γλυκυχύλους ΠΡΟΣΑΥ´ΞΩΝ σάρκας · διὸ κάλλιϛα , κατὰ τὰς ἐκβολὰς τοῦ ΝΕΙ´ΛΟΥ ἐν Αἰγύπτῳ , καὶ ἐν ᾿Εφέσῳ κατὰ τὴν ΕΙ´ΣΒΟΛΗ´Ν τοῦ καΰϛρου εἰς καταβόλους ΤΙΘΕ´ΝΤΕΣ ὡς σπέρματα , καὶ αὔξεται . Rasarius *gaudent dulci temperamento immixta, quod carnes dulces auget :* unde legisse videtur χαίρει γὰρ ἐπικιρνάμενα γλυκείᾳ συγκράσει ; sed vereor ut sensum sit assecutus . Auctor rationem reddens cur ostrea in alto mare rara sint , & improba, *gaudent*, inquit, *locis , vel aquis , quae aliis aquis dulcibus immiscentur* , ubi crescunt & crassescunt carne

carne dulci : idcirco *optimae* (non *praecipue* ut Rasarius, legens nimirum μάλιϛα pro κάλλιϛα) *sunt ostrea, quae juxta Nili ostia nascuntur* &c. Hic sensus hanc emendandi rationem suppeditat: χαίρει γὰρ 'ΕΠΙΚΙΡΝΑΜΕ'ΝΩι (ὕδατι sic) ΓΛΥΚΕΙ'Αι ΣΥΓΚΡΑ'ΣΕΙ, γλυκυχύλυς ΠΡΟΣΑ'ΥΞΟΝΤΑ σάρκας ; aut si mavis a vulgata minus recedere : χαίρει γὰρ ἐπικιρναμένῳ γλυκείαι συγκράσει γλυκυχύλυς προσαῦξον (sub. ὄϛρεον numero singulari) σάρκας, quod paulo infra *pag.* 98. pro παχυνόμενα λευκῷ χυμῷ γαλακτώδει, repetens expressit. Eadem est Diphili apud Athenaeum *III. pag.* 92. de ostreis sententia κράτιϛα δὲ τὰ θαλάττια, ὅταν λίμνη ἢ ποταμὸς παρακέηται γίνεται γὰρ εὔχυλα καὶ μείζονα, καὶ γλυκύτερα. Eadem fere habet *lib. VIII. p.* 358. *A.* de reliquis piscibus. Ita de peloridibus Noster *p.* 98. ἰλύϊ τε βορβορώδει, ὅπυ μίγνυται ὕδωρ γλυκύ. Et paulo post *pag.*100. *de pinnis*: ἐκ τῶν ⸆εναγωδῶν λαμβανόμεναι καὶ 'ΟΠΤΩ'Ν 'ΕΠΙΚΙΡΝΑ'ΜΕΝΟΝ γλυκεῖ ὕδα⸆ι καὶ ἀκύμονι κ. ⸆. λ. ubi Rasario legenti, ut videtur, καὶ ὅπυ ἐπικιρνάμενον, *& in quibus miscetur*, non adstipulor, quia tunc totam constructionis rationem mutare oportet, in ὅπυ ἐπικίρναται γλυκὺ ὕδωρ καὶ ἀκυμον. Malim itaque minori negotio legere ἐκ τῶν τεναγοδῶν λαμβανόμεναι καὶ 'ΑΠΟ' ΤΩ'Ν 'ΕΠΙΚΙΡΝΑΜΕ'ΝΩΝ γλυκεῖ ὕδατι . . . . . *& ex iis locis, qui cum aqua dulci communicant, & miscentur*. Per καταβόλυς intelligit oppida maritima, ubi in locis undequaque septis in ipso mari includebant ostrea, ac servabant ad usum ; qui mos etiamnum apud Gentes Europae obtinet. Tales

M 2 lo-

locos Galli *parcs à buitres* vocant, atque ipsum includendi modum *parquer les buitres*. Romanis sub nomine *ostreariorum* erant noti, quae primus in Bajano locavisse perhibetur Sergius Orata homo gulosissimus, & in hoc deliciarum genere *omnium magister* nuncupatus a Tullio *De Finib. l.II.* Macrobius de eo loquens: *hic est*, inquit, *Sergius Orata, qui primus balneos pensiles habuit, primus ostrearia in Bajano locavit, primus optimum saporem ostreis Lucrinis adjudicavit. Fuit autem aetate L. Crassi &c. Satur. lib.II. cap.* 11. His addesis quae de eodem tradit Valerius Maximus *l.IX. cap.* 1. Καταβόλυ nomen vergentis jam Graecitatis est, & ipsum vix, si Xenocratem excipias, nisi apud Lexicographos reperitur. Ducangius *Gloss. Med. Graec.* haec habet: Κατάβολος navale emporium. Suidas: ἐπίνειον, παραθαλάσσιον χώριον, ἢ προσορμητήριον, ὁ λεγόμενος κατάβολος. Mox: δύναται δὲ καὶ ἐπὶ παντὸς ἐμπορίυ καὶ παραθαλασσίυ χρήσασθαι τῷ ὀνόματι τύτῳ, ὃν νῦν οἱ πολλοὶ καλάβολον καλῦσι. Adde Scholiastum Thucydidis (locus est *lib.I.* 30.) & Auctorem Etymologici in ἔμπορος. Vide *Gloss. Med. Latinit. in Catabolom, & Catabulum.* Hactenus Ducangius. Ad Auctorem etymologici quod attinet, sic se habet ejus Glossa: ἔμπορος, ὁ πραγματευτὴς (καὶ ὁ τόπος αὐτὸς ἐμπόριον λέγεται) ὁ ΚΑΤΑ'ΒΟΛΟΣ ὁ ναύλυ πλέων ἐπ' ἀλλοτρίας νεεὶς ἢ πραγματείας· ἤγυν ὁ διὰ παντὸς τῦ βίυ τὴν πορείαν ποιύμενος. In quibus verbis etiamsi multa sint quae suspicione vix careant, in solum κατάβολος inquirere nunc nobis liceat. Hoc si ad praecedens πραγματευτὴς pertinet, mu-

mutandum utique est in ΜΕΤΑ'ΒΟΛΟΣ, qui, ipso Suida & Hesychio conspirantibus (v. μετάβολοι) est πραγματευτής *mercator*. Si contra, quod magis forsan placebit, ad ipsum ἐμπόριον refertur, una etiam cum illo includendum est parenthesi, hoc modo: ἔμπορος, ὁ πραγματευτής (καὶ ὁ τόπος αὐτὸς ἐμπόριον λέγεται. ὁ κατάβολος) ὁ ναύλου κ. τ. λ. ne sensum turbet. Sed tunc rectius scriberetur ..... ἐμπόριον λέγεται, ὁ καὶ κατάβολος, restituto καί, quod facile excidere potuit propter sequentis vocis primas litteras. Praeterire silentio nolim errorem Ducangii in *Gloss. Med. Latin.* in his verbis: *Catabolum, catablum, Graecis recentioribus* κατάβολον, *navale dicitur &c.* Nimirum haec ita sunt ordinata quasi τὸ κατάβολον neutri generis diceretur, contra auctoritatem Suidae, & Scholiastae Thucydidis, quos ipse Ducangius secutus fuerat in *Gloss. Med. Graec.* Neque verba ..... *ad catablum pro quibuslibet negotiis peragentis accedat*, Egicae Regis Goth. Hisp. in Concilio Toletano XVI. quae laudat Ducangius, vel ipsos vergentis Latinitatis Auctores, neutri generis usurpasse arguunt *catablum*, quod casus quartus vocis *catablus* commode haberi potest. Ceterum de hoc nomine Latino merito dubitare quis poterit, formatum ne sit per syncopen e *catabolus*, an potius ex alio vocabulo Graeco κατάπλους, quod & *portum* denotat, ad instar τοῦ πύξος *buxus*.

Pag. 98. λευκῷ χυμῷ ΓΑΛΑΚΤΩ'ΔΕΙ ΠΑ'ΛΙΝ Βρεντέσιον, Ταράκωνα, Ναρβῶνα, Δικαιαρχίαν, Λοκρίνῳ λάκκῳ, Χελιδονίας, Λευκάδα, Ἄκτιον (quibus Rasarius jungit & habent Codd. Paris.

& Vat.

& Vat. καὶ κόλπῳ λυβικῷ κατὰ τῦτον (lego τῦτον τὸν) τρόπον γίνεται. Lego λευκῷ χυμῷ ΓΑΛΑΚΤΩ'ΔΕΙ· ΚΑΤΑ' ΤΕ ΠΟ'ΛΙΝ Βρεντέσιον κ. τ. λ. Sensus requirit ut πάλιν mutetur in πόλιν, quod pendet ab κατά τε proni lapsu abscriptum a praecedentium syllabarum κτωδει sono, & similitudine. Pro Λοκρίνῳ lego λυκρίνῳ ut p. 74.

Pag. 100. ταύταις ΧΡΩ˜ ΚΑΙ' ἐζωμοποιημέναις πρὸς λύσιν κοιλίας χρησίμως: imo ταύταις ΧΡΩ˜ΝΤΑΙ κ. τ. λ. Nunquam Noster de usu aquatilium ad secundam personam loquitur: ἔνιοι δὲ ἑψήσαντες αὐτὰς λεαίνουσι p. 84. τῶν δὲ βραχέων ἐνίους προσφορὰ πείθει p. 86. τοῖς δὲ βυλομένοις λύειν κοιλίαν .... λιτῇ ἀρτύσει σκευάζονται p. 112. Vocem ζωμοποιεῖν usurpavit & Axionicus apud Athenaeum III. p. 95. C.

οἱ δὲ πιννοφύλακες κοινωνοῦντες τῆς τροφῆς, ἐν τοῖς ΑΗΝΙΖΟΜΕ'ΝΟΙΣ ΕΥ'ΑΓΡΟΥ˜ΣΙ τῇ πίννῃ καὶ μᾶλλον ὑπὸ τοῖς πέτρώδεσι καὶ ΠΙΝΝΩ'ΔΕΣΙΝ 'ΥΠΕΣΤΗ'ΚΑΣΙ: haec corrupta esse nemo non fatebitur. Rasarius .... *titillantes, ac pinnas admonentes, pinnae consulunt, atque auxiliantur, ac potius in lapidosis, & pinnis assuetis locis morantur*. Num legit τροφῆς, 'ΕΝΤΟ'Σ ΚΝΙΖΟΜΕ'ΝΗι ΣΥΝΕΡΓΟΥ˜ΣΙ τῇ πίννῃ κ. τ. λ.? Certe Athenaeus *lib. III. p.* 89. ἡ πίννη, φησὶ, καὶ ὁ πιννοτήρης (quem superius πιννοφύλακα vocat) ΣΥΝΕΡΓΑ' ἀλλήλοις, κατ' ἰδίαν οὐ δυνάμενα συμμένειν (malim μένειν) ἡ μὲν οὖν πίννη ὄστρεόν ἐστι, ὁ δὲ πιννοτήρης καρκῖνος μικρός· καὶ ἡ πίννη διαστήσασα τὸ ὄστρακον, ἡσυχάζει, τηροῦσα τὰ ἐπεισιόντα ἰχθύδια· ὁ δὲ πιννοτήρης παρεστὼς, ὅταν εἰσέλθῃ τι, δάκνει αὐτὴν, ὥσπερ ση-

σημαίνων. ἡ δὲ δηχθεῖσα συμμύει, καὶ ὅτως τὸ ἀπολειφθὲν ἜΝΔΟΝ κατεσθίεσι κοινῇ. Interea dum acutiores genuinam lectionem nos doceant, equidem legere malim οἱ δὲ πινοφύλακες κοινωνῦντες, τῆς τροφῆς, ἘΝΤΟ'Σ ΑΥ'ΛΙΖΟ'ΜΕΝΟΙ ΣΥΝΕΡΓΟΥ͂ΣΙ τῇ πίννῃ καὶ μᾶλλον ὑπὸ τοῖς πετρώδεσι καὶ πιννώδεσιν ῪΦΕΣΤΗ'ΚΑΣΙ. Praeterea pro πιννώδεσι, legendum videtur ΣΠΙΛΩ'ΔΕΣΙ; nam Athenaeus *p.* 93. *extr. de pinnis*: ὅσαι δ' ἂν, inquit, πέτραις ἢ σπιλάσι προσφυῶσι, ῥιζοβολῦσι κ. τ. λ. Nostrum ὑφεςήκασι confirmat & Cod. Parif. 2290. Aristoteles *de pinnis*: αἱ δὲ πίνναι φύονται ἐν τοῖς ἀμμώδεσι καὶ βορβορώδεσι apud Rittershusium in *Opp. Hal. I.* v. 762. Hoc si verum est, potest etiam legi ΠΗΛΩ'ΔΕΣΙ (in sensu τῦ βορβορώδεσι) quanquam hoc opponi videatur τοῖς πετρώδεσι, ut apud Athenaeum *l. III. p.* 105. *D.* ubi locustas gigni in πετρώδεσιν, astacos in λείοις, neutros in πηλώδεσι. Nostrum ἐντὸς αὐλιζόμενοι tuetur praeterea Oppiani *de pinnis* dictum. *Hal. II.* v. 190.

καρκίνος ἘΝΝΑΙ'ΕΙ, φέρβει τέ μιν ἠδὲ φυλάσσει.

* * * * * * *

* * * * * * * *

. . . . καὶ ἐνδόθεν ἐφράσατ' ἌΓΡΗΝ

αὐτῇ τ' ἠδ' ἑτάρῳ . . . . .

unde patet pro εὐαγρῦσι legi etiam posse συναγρῦσι, *una praedam captant*.

Pag. 102. πρὸς γὰρ τῇ εὐτροφίᾳ καὶ ΓΛΥΚΕΙ͂ΑΙ' ΕΙ'ΣΙ ΤΟΙΝΙΚΑΥ'ΤΟΙ ΓΑ'Ρ γίνονται: lego πρὸς γὰρ τῇ εὐτροφίᾳ καὶ ΓΛΥΚΕΙ͂ΑΙ ΤΗΝΙΚΑΥ͂ΤΑ ΓΙ'ΝΟΝΤΑΙ. Sensus & Cod. Parif. 2290. suppeditant τὸ τηνικαῦτα. Εἰσί spurius fetus pro-

ἐχῖνος, *echinus*. *c.*19. Schol. ad Oppianum Ἁλ.*I.* *v.*217. παρὰ τὸ συνέχεσθαι στρογγυλούμενον, καθ' ὁμοιότητα, δὲ τοῦ χερσαίου ἐχίνου καὶ ὁ θαλάσσιος λέγεται· στρογγύλος γὰρ καὶ αὐτὸς, καὶ ἀκανθώδης. Testaceorum omnium maxime a natura est munitus, testa in globum circumacta undique spinis circumvoluta celatur; quod soli inter testata peculiare, nullam intus carnem continet, sed vice carnis nigra quaedam ab ore sparguntur, nullo adhuc nomine appellata. Plura sunt genera. 1. Quod cibo idoneum est, in quo ova magna semper, & esculenta consistunt. 2. & 3. Spatagi, Spatangi, Phatangi secundum Hermolaum. Brissi, pelagii, rarique inventu sunt quarti generis. Ἐχινομητρίς 5. genus minutum, pelagium, spinis grandibus, longis, praedurisque. 6. Candidi testa, & spina, & ovo, nigra plura ori proxima habent. 7. Diversicoloris, rufi, flavi &c. Vide Athenaeum *III.* 12. & Aristotelem *H. A.* *IV.* 5. qui *V.* 13. ζωοφύτοις adnumerat. Ingruentis tempestatis metu lapidem tergo subeunt, ac fun-

dum maris petunt, ne fluctibus excutiantur. Vide Oppianum Ἁλ. *II.* v.225. & Rittersh. ad hunc locum. Basilius M. *Hom.* 7. *Hexaem.* Stomacho ventrique idonei sunt, boni succi, urinam cient. Exiguum corpori praestant alimentum, neque plane crassum, neque tenue, sed mediocre. Quonam modo parentur ad esum, vide Galenum *De Alim. Fac.* & Wottonum *X.* 239. Fr. A recentioribus describitur Echinus hemisphaerio globosus, ambulacris denis, areis obsolete verrucosis. *Linn. p.* 1102. *Vindob.* 1767. Habitat in oceano Europaeo, & Indico. Testam habet punctis callosis obsoletis. Spinae in esculentis sunt violaceae, apice albae. An.

Z

Ζεώ, *ferveo, bullio*: ζεσθείς, *elixatus. c.* 23.

ζύγαινα ita appellata, quod caput in latera extensum, atque transversum habet instar jugi; caret Latino nomine. Theodorus Gaza in Aristotelis versione Libellam interpretatus est. Terribilis, & robustissimus piscis: pelagius, & non litoralis, ideo qui longius a litore per pelagum natant, non ab re eum exhorrescunt. *Aelian. X.* 2. Durus, atque insuavis est, eoque solum infimae plebis homines vescuntur. Hodie est Squalus capite latissimo transverso mallei instar. *Art. Gen.* 67. *Syn.* 96. Squalus Zygaena. *Linn. p.* 1494. Habitat in oceano, & alibi. Congenerum voracissimus, magis infestus quam ipse Carcharias, reliquis minus asper: crebro sex pedes longus, pondere libras 500. aequans. An.

ζα-

Ζωγρεῖον, *vivarium*. c. 14. Eustathius de solis piscibus dici ait, sed contrarium Lexicographi docent.

Ζωμὸς, *jus, jus esculentum, liquor eorum, quae cocta sunt, adjectis condimentis*. c. 31. ζωμὸς ἰχθύων, *muria piscium* τεταριχευμένων. Pollux *VI. cap.* περὶ ταρίχυ: ἰχθὺς ἐξ ἅλμης· ὕτω γὰρ ἐκάλυν τὸν τῶν ἰχθύων ζωμόν.

H

Ἡμαζίας, *hemaxias*. c. 10. Rasarius, & Oribasius sic. Gesnerus autem *not.* 1. *p.* 40. legendum censet ἥπατος ἢ μαζίας, ut propter suavitatem praesertim jecoris ipsius μαζέας forte dictus. Casaubonus ad Athenaeum *VIII.* 2. μάζοι conjicit μαξεινὺς esse ex Dorione, ὃν καλῦσί τινες ὀνίσκον τε καὶ μαξεινόν. Est piscis fluvialis, exiliensium nobilissimus, qui Exocoetus, & Adonis audit.

ἥπατος, *jecorinus, hepatus*. c. 10. sic dictus ex Archilochi sententia, quia bilem non habet ἐν ἥπατι. Vide Athenaeum *III.* 24. Alias λεβίας. Casaubonus ad *VII.* 14. Athenaei, nomine ἥπατος, aut figurae, aut coloris similitudinem: λεβίας, quia λέπιδας ἔχει τὰ ῥύγχη designari putat. Est Pagro similis, atque Erythrino, colore nigricante, solitarius, carnivorus, saxatilis, in cavernis quoque latitat in alto mari, caro ejus duritie mollitieque mediocris est. Wottonus *VIII. c.* 169. Fr. Aelianus *IX.* 38. ad natandum segnem esse ait hepatum, nec a suis latibulis longe aberrare: itemque *XV.* 11. innuit saxa-

tilem esse, & parvum, oculis conniventibus, pupillis cyaneis, & barbatum ... Plinius vero *XXXII.* 11. ex locustarum genere facit. Recentiores ambigunt cui generi addicant. An Lesbus Hepatus? *Linn.* *p.* 1283. vel Hepatus? *Art.* *Syn.* 113. AN.

ἡμίνηρος, *heminerus*. *c.* 37. Est coracinus fluviatilis, quem quidam, ut accolae Nili, Pelten vocant, Alexandrini vero peculiari vocabulo ἡμίνηρον: subpinguis est, ac succi minime pravi, carnosus, multum alit, facile coquitur, & digeritur, & omnibus numeris Myllo praestantior censetur. Athen. *III.* 33. & Wotton. *VIII.* 176.

Θ

Θρανὶς, *Thranis*. *c.* 8. sic vocatur Galeus. Vide Wottonum *VIII.* 189. *v.* γαλεός.

θρίσση, *thrissa*. *c.* 7. *not.* 2. *p.* 27. Schol. Oppiani Ἁλ. *I.* *v.* 244. θρίσαι, οἱ τριχαῖοι. Quidam θρίσσας, & τριχίδας unos eosdemque pisces dicunt. Suidas τριχίδες, εἶδος ἰχθύος αἱ λεγόμεναι θρίσσαι. Athenaeus *VII.* 24. Eustathius, aliique diversos putant: nonnulli cum Clupea, & Alosa confundunt, & cum Θράσσα, a *tenuitate aristarum* nomen accepit. Aristosus, spinosusque piscis est, nec multum in se habens pinguedinis, nec succum in alimento praebet copiosum, qui tamen facile digeritur. Wottonus *VIII.* 183. Ad Niloticos pisces refert Athenaeus *VII.* 17. Aristophanes in *Concion.* Trichidas si majori copia edantur, tussim ciere dicit. Casaubonus ad Athenaeum *VIII.* 24. fusius eos refutat

futat, qui τριχίδας, τρημάδας, & θυννίδας pro iisdem habent. Vide Olaum M. *XXI. c. ult.* Fr. Θρίσσα, & Τριχίς idem esse vult Scholiastes Aristophanis in *Equit. v.* 659. & esse fortassis, quae suo tempore θρίσα vocabatur, ἀπὸ τῆς θριχός derivatum nomen, quoniam ossa habet pilis similia. Ab Athenaeo tamen *VII.* 24. videntur distingui. Plinius *IX.* 15. retento Graeco nomine Trichias appellat. Sardinis, & Erythrinis cognatus piscis, gregalis, & vagabundus, in flumina recurrit, & bis anno parit. Aristoteles apud Athenaeum *l. c.* Orchestridem vocari scribit, quod saltatione, & cantu gaudeat, eoque audito, exiliat e mari; ita Aegyptii Thrissas piscari solebant, teste Aeliano *VI.* 32. A Polluce recensetur inter εὐτελῆ βρώματα, & praestantissima dicitur Apulejo in *Apolog.* auctoritate Ennii. Est hodie Clupea apice maxillae superioris bifido, maculis nigris utrinque. *Art. Gen.* 7. *Syn.* 15. *Spec.* 34. Clupea Alosa. *Linn. p.* 1404. Habitat in mari Mediterraneo, & alibi. Piscis est duos tresve pedes longus, qui Majo, & Junio in fluvios ascendit, ibique ova parit. An.

Θύννος, & Θυννίς, *thunnus*, dictus ἀπὸ τῦ θύειν καὶ ὁρμᾶν, a ruendo impetumque faciendo *c.* 8. & 36. ad pisces gregarios refertur: figuram cubi efficiunt, & quadratum in natando ordinem observant, ut si thunnispex eminentes thunnos probe numeret, statim totius gregis numerum inire possit, eo quod facile colligat altitudinem latitudini, & longitudini aequali ordine respondere. Vide Joach. Camerarium in

Embl. cent. IV. p. 15. Variis insigniuntur nominibus: Scarodylae enim, aut Cordylae cum anni excessere tempus thynni vocantur, Byzantii Auxidas, Theodorus Auxumas appellat, quia paucis diebus adolescunt. Pelamis quoque cum ad thynni magnitudinem pervenit Thynnis dicitur, postea major reddita Orcynus, & ingentem in modum creta Cete. Thynnus & Thynnis differre ait Aristoteles; femina enim pinnulam sub ventre habet, quam ἀφαιρέα vocant, quae mari deest. Vide Athenaeum *VII.* 15. Κλεῖδες audiunt partes thynni apud Aristophan. Athen. *VII.* 14. πρημάδες, πρήμναδες, & πρήμαδια. Hesychio πρημάδες καὶ πρῆμναι, εἶδος θυννώδους ἰχθύος. In Ponto solum fetificant. Athen. *VII.* 16. In oceano nati in alia maria migrant. Oppian. Ἁλ. *III.* v. 620. Propria ova quotquot nancisci possunt devorant; quae vero reliquerint, ex illis pelamides procreantur. *Idem IV.* v. 509. Circa canis exortum a verminculo οἴστρῳ, i. e. asilo, in rabiem aguntur. *Idem II.* v. 509. & Arist. *H. A. VIII.* 19. De οἴστρῳ vide Rittersh. ad Ἁλ. *II.* v. 508. Piscatores thynnum captum Neptuno immolant, quod sacrificium Thynnaeam vocant Ath. *VII.* 13. De cujus apparatu Antiphanes tradit assanda ejus frusta esse. Athen. *XIV.* 23. Partes thynnorum sale conditae variis insigniuntur nominibus, κλείδια, μελανδρεία, ὑπογάστρια, ὠμοταρίχα, de quibus suo loco. Vide Wottonum *VIII.* 186. Apud Carthaginienses mos obtinuit, ut sponsa non prius jungeretur sponso, quam thunni concisa gustassent frusta. Vide

de Julium Scaligerum in *III. Poet:* Athenaeus *VII.* 22. eos ὗς θαλαττίες vocari posse, quod a mare prodeuntes glande vescantur perinde ut sues, affirmat. Fr. Prout notarunt veteres parit semel anno circa Solstitium mense Junio: ova condita habet quasi utriculo, sed dirus proprios fetus vorat: dextro oculo plus valet, ideoque dextra ripa intrat, exit laeva: vescitur sola carne, & quernis glandibus, tantumque pinguescit ut dehiscat; vita tamen ei longissima biennio: e magno mari pontum intrat verno tempore: mares tandem sub ventre pinnam non habent. Est hodie Scomber pinnulis 8. seu 9. in extremo dorso, sulco ad pinnas ventrales. *Art.Gen.*32. *Syn.*49. Scomber Thynnus *Linn. p.* 1330. Habitat in mari Europaeo, & alibi. Longitudo septem pedum circiter. Voracissimus, ut nec sui ipsius soboli parcat. Majo, & Junio ova papaveris semini magnitudine aequalia parit. Gregatim parallelogrammi figura magno cum strepitu litora petit, velocissime natat. An.

I

Ἰκμάς, *humor*, *vapor*. *c.*31. Etymologicus ab ἴκω, quia ex humore omnia proveniunt.

ἰλύς, *limus*. *c.* 13. ab εἰλύω, involvo, pro quo ἰλύω, quod pedes involvat. Eustathius.

ἰλυώδης, *limosus*, *faeculentus*. *c.* 13.

Ἴουλις, *Julis*. *c.* 7. saxatilis piscis, caro concoctu facilis, & corpori humano saluberrima. Delectatur petris muscosis. Opp. Ἁλ. *I.* v. 124. Vene-

nenatus est *Il.* v. 434. Insectatur urinatores, eorumque sanguinem appetit *Il.* v.436. Agmine denso adhaerent Julides immotae corporibus natantium, non aliter atque muscae solent in autumno. Os ipsis sceleratissimi veneni est refertum, quemcunque piscem degustarint, inhabilem ad esum, perniciosumque ei, qui postea gustaverit, efficiunt. Wottonus *VIII.* 175. Dorion de apparatu eorum dicit ἕψειν μὲν ἐν ἅλμῃ, ὀπτᾷν δ' ἐπὶ τηγάνȣ. Athen. *VII.* 15. A quibusdam vocantur Hyccae. Vide Dioscoridem *II.* 35. & a nonnullis ἴȣλοι. Fr. Piscis fuit secundum Veterum indicationes gregalis, saxatilis, idem, vel saltem similis ὕκκῃ; niger tamen, vorax, & terram comedens, ideoque ἔντερα τῆς γῆς dicitur Numenio apud Athenaeum *VII.*15. Hodie est Labrus palmaris varius, dentibus duobus majoribus maxillae superioris. *Art. Gen.* 34. *Syn.* 53. Labrus Julis *Linn.* *p.* 1288. Habitat in mari Mediterraneo, & Rubro. Europaeorum facile pulcherrimus. Cauda in extremo aequalis iridi rubrae. An.

Ἵππȣρος, *hippurus*. *c.* 7. piscis pelagius, Theodoro *equiselis*, naufragiorum fragmentis mirum in modum delectatur. Oppiano Ἁλ. *IV.* v.4. Julo inescatur *III.* v.186. & esca est Xiphiarum *III.* v.193. Coryphaena; & ἀρνευτής vocatur, quia frequenter exiliat. Ath. *VII.* 15. Hesychio ἔπȣρον: veris tempore ova parit, quae e minimis fiunt maxima. Ath. *l. c.* Ovidius *Hal.* v. 95. hippuros celeres dixit. Fr. Ex Veterum doctrina vere tantum parit: de minimo in maximum celerrime augetur: pelagius, celer, & hieme

hieme latens. Plinius *IX.* 31. in locustarum censu ponere videtur, sed id certe accidit ob falsam quorundam Codd. lectionem, qui pro Hippoe, Hippuri habent. Est apud recentiores Coryphena cauda bifurca. *Art.Gen.* 15. *Syn.*28. Coryphaena Hippurus *Linn. pag.*1189. Habitat in mari Mediterraneo, & oceani regionibus paullo calidioribus. In aqua vivus aureo nitore fulgens, post mortem evanido. Quatuor, vel quinque pedes longus. Voracissimus, navigia sequens, Caro ut plurimum sapida, torosa, compressa. Squamis teneris arcte adhaerescentibus vestitus. An.

ἰχθύς, *piscis*: differentia ex compage *c.* 1. ex locis ubi degunt *c.* 2. ex aetate *c.*4. ex partibus *c.*5. ex apparatu *c.6.* natantes cartilaginei, molles, testa operti *c.* 7. 19. *seq.* cetacei sale conditi *c.*34. *seq.*

K

Κάνθαρος, *cantharus*. *c.* 9. Theodoro *Scarabaeus.* Cantharus ingratus succo. Ovid. *Hal.* v. 103. Est & litoralis, & pelagius, una tantum conjuge delectatur. Oppian. Ἁλ. *I.* v. 511. Et polypo, aut carabo assato inescatus capitur. *Idem III.* v.340. Vide Wottonum *VIII.*170. Fr. Hesychio Κανθαρίς est χρυσοειδης ἰχθύς. Latinis Cantharus Ovidio v. 105. & Plinio *XXXII.* 11. Est Sparus lineis utrinque luteis, longitudinalibus parallelis, iride argentea. *Art. Gen.*36. *Syn.*58. Sparus Cantharus *Linn.p.*1274. Habitat in mari Infero. Tubercula nulla ossea in ore, sed asperitates quaedam. An.

καρ-

χαρφός, *surculus* . c. 16. *apex tenuis a ligno fisso abscedens*, aliter *palea*. Dioscorides *V*. 85.

καταλέω, *comedo*. *c*.37. proprie *mola frango*, quod dentibus molaribus teruntur cibi.

κεςρεύς, *cephalus*, *capito*, *mugil*. *c*. 10. Plota quidam nominant *cap. eod*. De ejus diaetetico usu ibidem.. Arist. *H. A. V*. 83. de nonnullis ait, eos ὐ γίνεσθαι ἐκ συνδυασμῦ, ἀλλὰ φύεσθαι ἐκ τῦ ἰλύος καὶ τῦ ψάμμυ, contra recentiorum Physicorum observationes. In aestuariis Adriaticis reperiuntur, commendanturque jejuni capti. Saturi viliores sunt; itaque eos exanteratos farciunt herbulis, & cinnamomo, & passulis transmarinis. Garumnam qui subeunt, nihil olent, sed sunt macriores. Vide Scaligerum ad hunc locum. Aristoteles *VIII*. 37. λαίμαργον μάλιςα τῶν ἰχθύων gulosissimum vocat, unde ratio pinguedinis, καὶ ἄπληςον inexplebilem, quia plurimum concoquit, non insatiabilem, ut Theodorus vult. Et cum est jejunus, φαῦλον, ineptum ad gustum. Icesius Leviscorum, i.e. mugilum varia genera facit: *cephalos*, saporis palato suavissimi, optimique succi, *cestreas* secundo loco, *myxinos* deteriores, *chelonas*, quos & *bachos* nominat, deterrimos. Leuciscos omnes parum alere ait, succum bonum gignere, excerni facile. Dorion laudat marinum, cujus duae species, *Cephalus*, ac *Nestis*. Arist. *Cephalum*, *Peraean*, *Chelonem*, & *Myxinum*. Euthydemus duo genera *Spheneum* gracilem, angustum, adductoque ventre, & quadratum, & *Dactylaeum* minus duobus digitis latum. Vide Athenaeum *VII*. 16. Antiphanes mu-

mugilem *Hymettium* memorat eodem loco *c.* 12. Piſcium eſu abſtinet, unde Oppianus Ἁλ. *I. v.* 111. δικαιότατον γένος ἄλμυς dicit, ideoque reliquo piſcium generi eſt venerabilis, & inviolabilis. Nihil prorſus animatum comedit. *Ibid. V.* 523. Ineſcatur maſſa e coagulo farre, & menthia. *Ibid. III. v.* 482. Vide Wottonum *VIII.* 179. Fr. De mugile generatim notarunt Veteres ſquamoſum eſſe piſcem, velocitate inſignem, & quandoque e mari ſaliri: carnoſum ventriculum habere, ex cujus altera parte plures exeunt appendices, ex altera una tantum: decembri graveſcere, & tricenis diebus gerere: parere ſemel anno hiemali tempeſtate: guloſum, carnis abſtinentem, alga, & arena veſci: cauda pendentem verberare eſcam, & excuſſam legere: imbribus laedi: e mari in flumina, ac paludes recurrere: capi interdum fuſcina, mutuo ſexuum aſpectu, delphini auxilio; hamo, vel alia mirifica piſcatione. Eſt hodie Mugil cephalus pinna dorſali anteriore quinque radiata. *Art. Gen.* 32. *Syn.* 52. *Spec.* 71. *Linn. p.* 1397. Habitat ubique in noſtro mari. Corpus habet oblongum cathetoplateum. Denticulis in maxillis deſtituitur. Ventriculus eſt rotundus, durus, muſculoſus, & in ſeptem appendices deſinit. An.

κήρυξ, *buccina. c.* 21. Gloſſaria πορφύρια. Differunt a purpuris. Ibidem earum vires. Plinio *murex.* Ejus deſcriptio *not.* 3. *p.* 81. Multae in ſcopulis, aliae in arenis paſcuntur. Opp. Ἁλ. *I. v.* 314. *ſeq.* Luna creſcente plenae, aeſtate graciles *c.* 22.

κητοδέρημος, *mus. c.* 37.

κητώδης, *cetaceus, qui e genere cetorum est. c.*34. Peculiare caput de cetaceis sale conditis. *c.*4. & 36.

κίθαρος, *citharus. c.*11. κίθαρις: apud Oppianum Ἁλ. *I.* v.98. κιθάρη. Scholiasti κιθάριος, *capo, fidicula*. Apollini ceu inventori citharae sacer fuit. Ath. *VII.* 16. Arist. *H.A. II. c. ult.* Solitarius piscis, dentibus serratis, lingua soluta, corde lato, & albo, vescitur alga. Aelianus in mari Rubro nasci ait, ejus corpus ita figuratum, ut similitudinem lingulacae ejus latitudo gerere feratur. Squamae non magnam tangenti asperitatem habent. Subaureo est colore, & lineis a summo capitis vertice ad extremam caudam sic distinctus, ut eas citharae fidiculas dicere queas. Os illi pessum it, & subsidit, idemque nigerrimum est, atque cingulo croceo circumligatur; vertex varietate distinguitur, fulgore aureo, & nigris quibusdam lineis. Pinnas aureas habet. Rufo colore multipliciter variatur. Cauda est nigra, praeter extrema; ea enim candidissimo colore adsperguntur. Alii etiam picti nasci dicuntur, toto corpore purpurei, certis intervallis aureolas lineolas habentes: eorum vero caput cingulis violaceis illustratur, uno quod est ante oculos ad branchias pertinente, altero secundum oculos usque medium caput excurrente, alio autem tanquam monile collum circumplicante. Wottonus *VIII.* 168. Fr. Plinius *XXXII.* 11. retento Graeco nomine Citharum appellat. Fidiculam Gaza vertit ad Aristotelis *H.A. II.* 17. Hodie penitus ignoratur, & num Citharus? *Art. Syn.* 116. An.

κιθ-

κιννάβαρι, *cinnabaris*. *c.* 15. Hesychio est coloris genus coccineum. Theophrastus περὶ λιθῶν esse ait ἄμμον ἣν συλλέγουσι λαμπυρίζουσαν, καθάπερ ὁ κόκκος. Plinius *XXXIII.* 17. arenam cocci colore. Vide Dioscoridem *V.* 110.

κιχλή, *cichela*, *turdus*. *c.* 11. Vide κοσσύφος. Fr. Sauro, & Aeoliae haud absimilis, ita dictus ob similitudinem coloris turdi avis. Albo varius pingitur Isidoro *XII.* 6. Rondeletius duodecim species Turdorum numerat, qui nonnisi colore distincti sunt. Est recentiorum Labrus ex flavo, & caeruleo varius, dentibus anterioribus majoribus. *Art. Gen.* 34. *Syn.* 57. An Cicla ejusdem? *Syn.* 112. Labrus Turdus *Linn.* *p.* 1291. An.

κληματίνος, *sarmentitius*. *c.* 17.

κνίδη, *urtica*. *c.* 16. apud Oppianum κνίς per metaplasmum. Duplicis sunt generis, minores, & majores. Vide *c.* 17. *not.* 1. Athenaeus *III.* 11. aeque duo statuit; aliae in cavis abditae saxis, nunquam ab illis separantur; aliae in planis, & aequalibus scopulis commorantes, huc illuc transmeant. Κνίδη dicta, quod illos qui piscantur molesto sensu pruritus urit, a κνίζειν. Vide ἀκαλήφη. Fr. Latinis Vrtica, & Cnide retento Graeco nomine. Os habet in medio, quod in majoribus evidentius est, at meatum excrementorum superna parte habet: nulla ei testa, sed undique carnem praeseferens: occurrentia sentit, & non ore, sed contactu mordax, ut terrestris: per fauces saxorum oritur, nec aërem, nec aquam recipit, etsi extra aquam non vivat. Haec Veteres. Hodie est Medusae ge-

genus, animal nempe molle, gelatinosum, orbiculare, depressum, cujus os subtus, & centrum versus situm est. Hoc Medusae genus liberum est, scopulisque minime adhaeret; si his vero adligatur Actiniae nomen habet. *Linn.* *p.* 1088., & 1096. *Vindobonae* 1767. AN.

κνισσα, & *κνίσα*, *aruina*. *c* 37. alias *nidor*: interdum notat *coenam opiparem*, cui opponitur τροφὴ ἄκνισσος, victus simplex tenuisque, ac frugi hominum. Hinc duplex parandi cibos apud veteres ἄνευ, & μετὰ κνίσσης modus. Vide Casaubonum ad Ath. *II.* 18.

κογχή, *concha*. *c*. 33. &

κογχυλιώδης, *conchula*. *c*. 28. genus concharum constituit. Sunt vero κύρικες, Pelorides, Purpurae, Buccina, Chamae, Pectines, Solenes, Melaenides, Maenides, Conchotera, de quibus suo loco.

κολύκια, *partes ad caudam pertinentes*. *c*. 23.

κορακίδια, *coracidia*. *c*. 37. Salsamenta ex pisciculis minoribus, nempe corvulis.

κορακῖνος, *coracinus*, *corvinus*. *c*.6. & 37. ita dictus παρὰ τὸ διηνεκῶς τὰς κόρας κινεῖν, καὶ ὐδέποτε παύεσθαι. Athen. *VII.* 17. Vel potius παρὰ τὸ κορὸν, τὸ μέλαν, quae etymologia Oppiano placet. Ἁλ. *I.* *verf.* 132. ait enim ἐπώνυμον αἴθοπι χροιῇ. Euthydemus eum Saperdam dici ab aliis, sed Coracinus ex Ath. *l.* *c.* est ab eo diversus. Rasarius πλατίςακον a lata figura, Alexandrini πλατάκα, Epicharmus κορακίνυς κηρωείδεας, Nili accolae Pelten, nonnulli Aeoliam, & Pherecrates κορακινίδιον, Ath. *l.c.* Theodorus *Corvulum*, & *Graculum*. Est pi-

piscis amni, & mari communis, colore nigricante praesertim in pinnulis, carnem habet duram, & ad salituram idoneam. Marinus parum corpori praebet alimentum, idque bonum mediocriter, ut Icesius prodidit. In Aegypto principem óbtinet locum qui in Nilo nascitur, hunc Xenocrates nobilibus marinis aequari dicit. Optimus ex Dorione in Maeotide gignitur. Coracinus sale maceratus dicitur Heminerus, *c*.36. Vide Wottonum *VIII.* 176. Fr. Melanuro similis, colore subnigro fulgido, latus, & squamosus: parit autumno juxta litora inter algas: celeri augetur incremento: gregalis, saxatilis: hieme latet, optimus dum uterum gerit, thynni, & anthiae esca: de ejus piscatione in Istro conglaciante videsis Aelianum *XIV.* 26. Hodie reputatur Sciaena ex nigro varia, pinnis ventralibus nigerrimis. *Art. Gen.*39. *Syn.*65. Sciaena Vmbra *Linn. p.*1298. Habitat in mari Mediterraneo. Varias habet lineas obliquas super còrpus. Os amplum. Dentes in maxilla, & faucibus gerit. An.

κόρακος, *coraxus*. *c.* 12. An idem cum Coracino non constat. Athenaeus quidem commemorat coracum similem iis, qui molli includuntur crusta *IV.* 23. sed ex difficultatibus me expedire nequeo. Fr. Diversus a Coracino, uti Jovio placet, Hierace durior. Hodie creditur Trigla capite aculeato, appendicibus utrinque tribus ad pinnas pectorales. *Art. Gen.* 44. *Syn.* 73. Trigla Hirundo *Linn. p.*1344. Habitat in oceano Septentrionali. Piscis est ex violaceo-fuscus, subtus argenteus, duas tresve libras pondere

R aequans

aequans. Velocissime natat. Caro dura, & concoctu difficilis. An.

κορυφία, *extremitates*. *c*.23. ab κορυφαῖς, quae sunt digitorum extremitates internae, a quibusdam vertices appellatae, ut etiam a Polluce dictae.

κοσσύφος, & κοτλύφος, *cottyphus*. *c*.1. & 11. *merula*, inter saxatiles laudata, colore subobscuro viridante, hinc Ovidius *Hal*. 114. *merulas virentes* vocat. Merula mas est secundum Oppianum, & κιχλή femina. Dicitur & μελανόστακτος, quod nigris quibusdam maculis insignis. Merula, & Turdus mutant colorem: vere enim nigrescunt, post ver albedinem recipiunt, & hieme latent. Branchias habet turdus utrinque quaternas, easque duplices, excepta novissima. Mollis utrique caro est, quae probum creat succum; qui tamen per halitum facile digeritur, neque copiose admodum nutrit. Turdum nonnulli σαυρὸν, & αἰολίαν vocant. Wottonus *VIII*. 175. Κοσσύφος polygamiae est deditus. Opp. Ἁλ. *IV*. v. 172. *seq*. & capitur dum caridem ulcisci cupit. *IV*. 227. Fr. Numenius apud Athen. *VII*. 15. Κοσσύφον μελάγχρων καὶ κίχλας ἁλιηδέας, nigricantem merulam, & mari similes turdos appellavit, quemadmodum Isidoro *XII*. 6. *nigri meruli*, dicuntur, *diversa colore, collo, & dorso picti*. Est hodie Labrus caeruleo-nigricans, *Art*. *Syn*. 55. Labrus Merula *Linn*. *p*. 1298. Merula auctorum. An.

κοχλία, *cochlea*. *c*. 24. & κοχλίας, & κοχλός, turbinati generis est, & in anfractum interta. Omnium cochlearum caro testis penitus inclusa continetur, nec ulla ex parte conspicua est,

ex-

excepto capite. Varia sunt genera: *oblongae* (echinophori, aut eclinophori) quibus tubae loco utuntur tibicines: *rotundae* in oleario usitatae, quibus scilicet oleum infunditur, πεντεδακτύλοι, quibus clavicula in acutissimum acumen intorquetur. Vide Nostrum *l. c.* Iterum sunt *aquatiles*, & *terrestres*: *aquatiles*, vel *marinae* stomacho utiliores, vel *fluviatiles* virus habentes. Quartanis mederi dicuntur in cibo recentes; quidam ob id sale adservant, ut dent tritas in potu. Ictibus scorpionum carnes fluviatilium resistunt crudae, vel coctae; quidam Salsas adservant imponuntque ipsis plagis. Wotton. *X.* 236. Dioscorides *II.* 11. dicit τὸν σέσιλον κοχλίαν ταρακτικὸν κοίλιας καὶ στομάχε ἐμέτοποιόν. Fr. Est Recentiorum Concha tortilis univalvis, cujus vermis Limax dictus, minutula in incessu protendit cornua viae indices. Hesiodus φερέοικον, *domiportam* vocat apud Ath. *II.* 22. etsi quandoque sine testa reperiatur. Coit, sed num coitu gignatur dubium est Aristoteli *Gen. Anim. III.* 11. Hieme latet, sed aestate magis; vere, & autumno praegnans apparet. Cochlea ex Linnaeo ordinis nomen est, quo plures complectitur cochleas univalvas. An.

κτείς, *pecten*, *pectunculus*. *c.* 9. & 20. Testacei generis sunt, bivalves, testas habent fragiliores, scabras, & quasi virgulis quibusdam striatas, binasque in testis quasi auriculas. Sunt nigricantes, albi, rufi: nigricantes a nonnullis praeferuntur. Vide Xenocratem *c.* 20. Candidi pro dulcioribus a quibusdam habentur. Omnes facile concoquuntur, stomachoque, & ventri grati

 sunt

sunt si cimino, & pipere condiuntur. Ath. *III.* 12. Fr. Latinis Pecten, & Pectunculus, quamvis Plin. *XXXII.* 11. a pectunculis distinguere videatur pectines. Secundum Veterum observationes, oritur vere in arenosis locis: binas auriculas habet, & ovum altero latere suae orae continet: volitat cum quodam stridore: reconditur in magnis aestibus, ut in magnis frigoribus: noctu ab urtica perquiritur: cancellus aliquando in eo nascitur. At Recentioribus Pecten est genus ostreae binis fabrefactus valvis. Minime volitat, sed tantum ex aquis exilit. Nullum ovum in altero suo latere continet. *Linn. p.* 1144. *edit. Vindobonae* 1767. An.

κύβιον, *cybium*. *c.* 35. salsamentum ex pelamide majore confectum, optimumque inter ea, quae pingui carent. Ath. *III.* 33. Nomen habet a forma, nam frusta pelamidis quadrata in modum cubi concisa erant: piscatores ex pisce oxyryncho quoque conficiunt talia. Ath. *III.* 30.

κυβιοπηλαμύς, *concisa pelamis*. *c.* 35.

κύστις, *vesica*. *c.* 21. absolute plerumque pro vesica urinaria, interdum apud Medicos οὐροδόχος, & χοληδόχος additur.

κύων, *canis*. *c.* 9. Vide γαλεός. Fr. Idem forsan ac Λαμία Arist. *H. A. V.* 5. & Λάμνη Opp. *I.* v. 150. Canicula Plinio, qui ejus astum, naturamque mire expressit *IX.* 46. Ejusdem laudes celebrat Archestratus apud Ath. *IV.* 17. Est hodie Squalus dorso plano, dentibus plurimis ad latera serratis. *Art. Gen.* 70. *Syn.* 98. Squalus Carcharias *Linn. p.* 1490. Habitat in oceani abysso. Ob praedam tantum in aquae superficiem

ciem venit. Inter animantia omnium voraciſſimus, ut nec homini, nec propriae ſoboli parcat. Pedes plus minus 30. longus eſt. AN.

κωλιός, *κολιάς*. *c.* 8. & *κολιός*, *colia*. *c.* 35. par Sardae magnitudine, ſed glutinoſior, acriori quodam ſcyllae guſtu mordacior, pejorem ſuccum gignit, multum alit. Praeſtantior Amyclanus, ac ex Hiſpania, quem Sexitanum vocant, utpote cui tenuior, & dulcior caro eſt. Athen. *III.* 33. Sexitana autem ſalſamenta fuere laudatiſſima, quae & *ἐξίτανα*, ut ex Caſauboni ad *h.l.* animadverſione; quaeque apud Galenum *De Fac. Alim. III.* *Σαξάτινα*, & a Martiali Saxatina vocantur. FR. Eſt hodie Oſmerus radiis pinnae ani undecim. *Art. Gen.* 10. *Syn.* 22. Salmo Saurus *Linn. p.* 1476. Habitat in Europa. An *Σαυρός* Ariſt. *H. A. II.* 12. & Lacertus Peregrinus Rondeletii? *XV.* 9. Dubium pariter an Colias Plinii. AN.

A

Λάβραξ, *lupus*, *lucius*. *c.* 3. ſubſignatus. *c.* 6. & 10. Vſus diaeteticus. *c.* 12. Dicitur ſic *παρὰ τὸ λίαν βορὸν*, *ἢ τὸ λάβρως ἐσθίειν*, ſive ut Opp. *Ἁλ. II.* v. 130. *ἐπικλέα λαβροσυνῃσιν*. Latinis eadem ratio in promtu eſt. Iſidorus *XII.* 6. dicit: *Lupum aviditas appellavit piſcem, in captura ingenioſum, denique reti circumdatus fertur arenas arare cauda, atque ita conditus tranſire rete.* Tyberinus apud Noſtrum *c.* 6. praecipue qui inter duos pontes captus eſſet Romae a guloſis in honore habitus. Macrobius *Saturn.*

III. 11. Solitarius, & carnivorus est, quamvis pelagius; in paludibus tamen maritimis, & fluviorum ostiis frequens, praesertim ubi copia dulcis aquae influit. Adhaerentem linguam habet, ac osseam: cor triangulum. Parit iis locis ubi fluvii mare subeunt; idque bis, & hieme. Icesio teste bonum succum gignunt, nec alunt multum, sed minus facile egeruntur, ac gustus suavitate primas obtinent. Ath. *VII.* 17. Caridem devorans ab eadem occiditur. Oppianus Ἀλ. *II.* v. 143. Esca anthiarum est. *Ibidem* v. 192. Fuscina interdiu saepe capitur dormiens. Duo genera: *varii*, & *lanati sine macula*. Fr. En characteres, quibus distinguitur Lupus apud Veteres. Squamis tectus, pinnas binas prona, & binas supina parte habet: lapidem in capite gerit: cor habet trigonum: parit bis in anno, hiemali tempestate circa fluviorum ostia, ut mugil: carnivorus, rapax, solitarius, immanis, acer, rapidus: mutuo odio mugilem persequitur, ejusque caudam praerodit: ut haesit vero in hamo, tumultuoso discursu laxat vulnera, donec excidant insidiae: pelagius est, sed e mari in fluvios, ac stagna ascendit. Est hodie Perca radiis pinnae dorsalis secundae 13. ani 14. *Art.* Gen. 41. *Syn.* 69. Perca Punctata *Linn.* p. 1311. Habitat in Europa australiore. Piscis est duos cubitos longus, figurae ut in Salmone. Mandibulae sunt inaequales, denticulatae, dentibus acutis incurvis. Opercula sunt triphylla, squamosa, lamina suprema serrata. Officulum asperum per medium linguae decurrens gerit. Corporis squamae sunt durae, & aspe-

asperae. Anus caudae propior, quam capiti. An.

λαπακτικός, *evacuans*. c.6. λαπακτικός γαστρός, alvum subducens. *Ibidem*.

λάχανον, *olus*. c.31. a λαχαίνω, *fodio*, quod fodiatur terra in plantatione ejus. Theophrastus *De Plant*. *VII*. 3. καλοῦμεν λάχανα τὰ πρὸς τὴν ἡμετέραν χρείαν.

λεαίνω, *levigo*. c.21. alias *conterendo*, & *molendo ex asperis*, & *scrupeis in levem pulverem redigo*.

λεβίας, *epaticus*. c.10. *not*.1. *pag*.40. Vide ἥπατος.

λειοτρίβεω, *levigo*. c.29. *proprie contero*, & *comminuo*, *ita ut levigetur*.

λέπας, *lepas*, *patella*. c.25. Schol. ad Opp. Ἁλ. *I*. v.138. ὄστρεα· λεπάδες εἰσὶ ζῶα ἐλάττονα τῶν ὀστρέων, ἃ φασι πατελίδας, καὶ λεπάδας τὰ κοχλάδια φησὶ, τὰ κεκολλημένα ταῖς πέτραις, ἃ φασιν οἱ πολλοὶ πατελίδας. Appellatur λέπας ἄγρια, & ὓς θαλάττιον. Simplici valvula constat, singulari testa continetur, & ea quidem levi; altera vero ejus pars, superficie detecta, carnem ostentat. Gignitur circa cavernas rimasque saxorum. Carnem habet duram, concoctu difficilem, paucique succi: elixae condimento redduntur gratiores. Ath. *III*. 7. 11. & Wottonus *X*.241. Fr. Caput, & os in terram versum est, & quod ad excrementum deputatum est, supra habetur. Arist. *H.A. IV*. 5. Testaceum est multivalve, inaequivalve, & basi affixum *Linn*. *p*.1107. *edit*. *Vindob*. 1767. An.

λεπτυντικός, *leniendi vim habens*. c.34.

λέρος, *lerus*. c.7. Hoc nomen nuspiam se invenisse te-

testatur Gesnerus *not.*2.*pag.*27. Fr. Vide quae notavimus in citato Xenocratis loco. A Latinis dicitur Milvus, seu Milvago. Plin. *IX.* 27. & *XXXII.*11. Est apud Recentiores Trigla capite parum aculeato, pinnula singulari ad pinnas pectorales. *Art. Gen* 44. *Syn.*73. Trigla volitans *Linn. p.*1346. Milvus, & Hirundo Auctorum. Habitat in mari Mediterraneo, & alibi. Volitat supra aquas ad quatuor cubitos. An.

λεώραιον, *leoreum*. *c.* 35. quid sit dici non potest, forte ὥραιον, nam ad salsamenta refertur.

ληνίζω, *titillo*. *c.* 28.

λιτός, *solubilis*. *c.* 31. alias *simplex*, *tenuis*.

λεῖος, *contritus*. *c.* 21. de iis rebus, quae trita, & infricata, & ex grumosis scrupeisque in levem pulverem redacta, usurpatur.

λοπάς, *olla*, sive *coctum*. *c.* 32. Theophr. *Hist. Plant.IV.* 16. Alias patella, a λέπω, quod instar corticis sit λεπτή.

M

Μαζός, *Mazus*. *c.*10.*not.*1.*pag.*40. Quaeritur inter doctos, quid sit μαζὸς, μαξεινός, & μαζεινός? Casaubonus ad Ath. *VIII.* 2. conjicit esse nobilissimum illum piscem exiliensium Exocoetum, & Adonim dictum, quem Plin. *IX.* 19. Arcadiae proprium, & fluvialem facit, hic traditur & sine branchiis.

μαλακός, *mollis*, *lenis*. *c.* 23. *de iis rebus*, *quae facile conficiuntur*, *ac secedunt* usurpatur.

μαλάχη, *malva*. *c.* 17. ab emolliendo ventrem dicta. Plin. *XX.* 21.

μα-

μαραγείας, *maraugia*. *c*.5. Hoc nomen depravatum suspicatur Gesnerus. Fabricius legit μαυραυγείαι. Vide *not*.5. *pag*.16. Forte μαράγδος, qui ἀπὸ μαρμαίρειν, i.e. a splendore dictus est. Ath.*III*. 14. Fr. Est hodie Sparus macula nigra in utroque latere medio, pinnis pectoralibus, caudaque rubris. *Art. Gen*. 36. *Syn*. 62. Sparus Smaris *Linn*.1271. Cerrus Plin.*XXXII*. 11. Smaris Auctorum. Habitat in Europa. Cauda bifurca. An.

μάσησις, *manducatio*. *c*. 23. scribitur quoque μάσσησις apud Dioscoridem *IV*. 25.

μειονεκτός, *inferior*, *deterior conditione*. *c*. 19.

μελαινίδες, *melaenides*. *c*. 27. cognomen quarundam peloridum. Vide *not*. 6. *pag*. 99. Sophron conchas melaenides appellat. Ath. *III*. 9.

μελανδρύαι, *melandryae*, partes thynni quaedam sic dictae propter similitudinem cum nigricantibus quercus radicibus. *c*. 36. Rationem hujus nominis reddit Casaubonus ad Athen. *VII*. 15. *Salsamentorum*, ait, *quae fiebant ex orcyno, varia observantur nomina*, *& in his erant μελανδρύα*. Graeci μελανδρύαν appellant intimam quercus partem, & ut quidam interpretantur ipsam medullam. Inde τόμοι μελανδρύαι, qui ex interiori pulpa orcyni confiebant: οἱ λεγόμενοι μελανδρύαι ἐξ αὐτῶν ταριχεύονται. Plinio melandrya vocantur caesis quernis assulis simillima. Non intelligunt hanc vocem, qui apud Jobum מַפְּלֵי vertunt melandrya; non minus absurde, quam si succidiam appelles vivum porcum.

μελανοράβδωτος, *nigris distinctus virgis*. *c*.29.

με-

μελανοῦρος, *melanurus*. c.9. piscis in cauda nigras maculas habens. Plauto Ophtalmia, Plinio Oculata, Aristoteli μελανογράμμος. Ov. *Hal.* v.113.

Quin laude insignis caudae melanurus & ardens

Vide Isidorum *XII.* 6. & Oppianum Ἁλ. *I.* v.98. & Rittersh. ad hunc locum. Est saxatilis piscis prope litora in locis arenosis alga pascitur. coracino similis, varius, notis pluribus nigris, non aliter ac sargus distinctus. Numenius percarum ducem nominat. Icesius sargo similem: verum succi bonitate, ac suavitate inferiorem; probe tamen eum nutrire, & succum procreare modice adstringentem affirmat. Melanuro similis est Melanderinus. Plinius *XXXII.* 7. variis adnumerat. Celsus inter mediae materiae pisces. Ath. ὀρροπυγύστηκον καὶ πολύγραμμον καὶ μελανόγραμμον dixit. *IV.* 5. & *VII.* 18. Wottonus *VIII.* 176. Fr. Hodie definitur Sparus lineis longitudinalibus varius, macula nigra utrinque ad caudam. *Art. Gen.*37. *Syn.*58. Sparus Melanurus *Linn. pag.*1271. Habitat in mari Infero. Dorsum parum acutum. Dentes parum lati. Cauda bifurca. Iris aurea. An.

μεμυχῶτος, *clausus*. c. 31.

Μενδήσιος, *Mendesius*. c. 37. cognomen mugilum falsorum. Wotton. *VIII.* 191.

μῆκος, *longitudo*. c. 32.

μήκων, *exscrementum quoddam pinnae, & ceterorum ostreorum*. c.22. & 23. Vide Aristotelem *IV.* 4. Alias *papaver*, *vesica polypi supra ventrem sita, in qua suum gerit atramentum* apud Suidam. *Arenae quaedam species apud metallicos*, teste Polluce *VII.* 27. Etiam pisces quidam gregales.

μῦς, & μυάξ, *mus*. *c* 26. Opp. Ἁλ. *I.* v. 174. χαλεπὸν γῆνος appellat. Schol. ὁμώνυμα ad Oppianum Ἁλ. *I.* v 316. *Mytulus*, & *musculus*. Plinius inquit, *mytuli sponte naturae in arenosis proveniunt*. Est e testaceorum bivalvium genere, testas habens clusiles, & reseratiles, levesque labris tenuibus. Vivit in algosis locis, gratissimus autumno, & ubi multa dulcis aqua mari admiscetur, ob id Ephesii, & Aegyptii laudatissimi sunt. Procedente hieme amaritudinem trahunt, coloremque rubrum; Juba in voluminibus ad C. Caesarem Augusti filium tradit, in Arabia mytulos marinos ternas heminas habere; secunda species majores, qui salem virusque resipiunt, gustui ingrati, duri, concoctioni renitentes. Plinius hos Mytulos, Oribasius μυάκας, Athenaeus μύας in genere nominat. Minores rotundi magis sunt, at externis testarum partibus hirti, tenuioribusque testis, carne molliore, & dulciore, bonique succi. Athen. *III.* 33. Verum minus alunt, & urinam cient magis. Wotton. *X.* 244. Alexis nominat μῦς ἑπτὰ χαλκῶν septem chalcis apud Athen. *III.* 32. Fr. Gronovius ex Plinii descriptione *XXXII.* 9. recte opinatur Graecos neutiquam μύος nomen mytulis dedisse, quia hi per fundum haud repunt, sed per byssum suum aliis rebus ligati sunt, simili fere modo uti Pinnae. Hodie Mya conchae genus est bivalve, altera hians extremitate *Linn.* *p.* 1112. *edit.* *Vindob.* 1767. An.

μύκης, *fungus*. *c.* 30. Dioscorides *IV.* 83. Galenus *De Alim. Fac. II.* 69. Alias *clavus oleae*, qui etiam fungus. Theoph. *Hist. Plant. IV.* 6. *fungus*

gus ellychnii, *quod in ima capuli parte fungi similem vaginam tegebat*. *Membrum virile* Hesychius. Diversus est fungus marinus a myceta fungo, qui multis de caussis perniciosus censetur ab Oribasio *XI.* sub hac voce.

N

Ναυτιώδης, *nauseosus*, *nauseam faciens*. *c*.23. dicitur proprie de nausea, qua navigantes in mari corripiuntur; deinde de iis, qui sanguinem in nausea vomunt.

νεαλής, *novus*, *recens*. *c*. 34.

νηδύς, *venter*, *cibi receptaculum*. *c*. 5. Etymolog. ἀπὸ τȣ̃ νηεῖν τοῦ σωρεύειν, quod in hanc cibus congeratur. Omnis quoque cavitas, atque conceptaculum, quo humor alendis partibus idoneus continetur, ut & uterus sic appellatur.

νηρός, *novus*, *recens*. *c*.22. pro νεαρός.

νηχαλέος, *natans*. *c*.1. *not*.1. paullo inusitata forma.

νωτός, *dorsum*. *c*.5. in pluribus, ut hoc loco, τὰ νῶτα usurpatur.

Ξ

Ξιφίας, *Xiphias*, *gladius*. *c*.8. Orca appellatur etiam ab ἄορ, quo eum praeditum, Oppianus Ἁλ. *II.* v.466. scribit praeprimis propter duritiem, nam de adamante usurpatur *Cyneg*. *III.* v.240. quae enim firmissima, ac durissima sunt, ea adamante constare dicuntur apud auctores. Ovid. *Hal*. v.97.

Ac durus Xiphias ictu, *non mitior ensis*.

Vide Olaum M.*XXI*.7.10. Isidor.*XII*.6. Gladius

dius dicitur, quod roſtro mucronato ſit, & ob hoc naves perfoſſas mergit. Tantae duritiei, & acuminis eſt ejus roſtrum, quod Aelianus ἀχάλκευτον ὅπλον vocat, ut illo etiam naves perforet cum ſubmerſionis periculo, quemadmodum Plinius ſcribit, ac Aelianus confirmat, qui viſum ait navigium, quod reparandum erat, cujus carinae Xiphiae, caput roſtro, impacto infixum remanſerat, & quod roſtrum, dum ad cetaceam magnitudinem Xiphias excreſcit ſimul increſcat, adeo ut tandem τριήρης ἐμβόλῳ, triremis roſtro comparari poſſit. Vide Camerarium *l. c.* *p.* 14. Ariſtoteles ſcribit brevem habere roſtri partem inferiorem, ſuperiorem autem oſſeam, longam, totius corporis magnitudine parem, tantumque piſcem edentulum eſſe. Ath. *VII.* 18. Pelagius eſt piſcis cetorum magnitudine. In oceano degit, naves ab ipſo perfoſſae merguntur in oceano ad locum Mauritaniae, qui Cotta vocatur, non procul a Lyxo flumine, ut Trebius Niger auctor eſt. Verno tempore cum auram avide vorat, omnium piſcium optimus eſt. Ath. *III.* 7. Sub caniculae aeſtum infeſtatur οἴστρῳ ſicut thunni, & in rabiem agitur. Opp. Ἁλ. *II.* 509. Hippuro ineſcatur. *Ibidem III.* 193. & nave ad ipſius ſimilitudinem fabrefacta decipitur. *Ibidem III.* 547. Tomum thurianum aliqui Xiphiam vocant, ut inquit Plinius; ut vero Athenaeo *VI.* 21. placet, Thurianum vocatur caniculae marinae fruſtum. In fruſta ſecatur Xiphias, carnem habet aridam, difficulter concoquitur, ſed plurimum nutrit, ſicuti & ceteri grandiores piſces, qui τμητοί vo-

vocantur. In cibum sinapi conditur; est enim sapore ingrato, viroso, ejus abdomen ceteris partibus praefertur. Wotton *VIII*. 189. Archestratus Byzantium e Xiphia salsum pulpamentum, nimirum prope caudam spinae vertebram, laudat. Ipsi quoque nobilis est in Siculo freto, ad extremum illius exitum juxta Pelorum. Ath. *VII*. 18. Vide Θρανὶς. Fr. Θορνεύς ab Hesychio, & Γαλεώτης a Strabone *I*. p. 24. etiam dicitur. Dentibus insuper carere scripserunt Veteres: branchias habere octonas, & duplices; fel intestinis commixtum: nihil edere priusquam mucrone transfixerit: tenera, suavi, & grata carne praeditum. Est Xiphias *Art*. *Gen*. 30. *Syn*. 47. Xiphias Gladius *Linn*. *p*. 1149. Habitat in mari Mediterraneo, & alibi. Ejus longitudo est decem cubitorum, pondus vero 130. librarum, & ultra. Majo, & Junio ova prope litus parit. Corpus habet teretiusculum, alepidotum: caput maxilla superiore rostro ensiformi est terminatum. An.

Ξιφύδρια, *xiphydria*. c.31. Epicharmus apud Ath. *III*. 8. σκιφύδρια, Hesychius ξιφύδρια κοχλία, *gladiolus*. De hoc genere dicit Epicharmus: *dulces quidem sunt edendo, acuti autem in perforando*. V. Tellinae.

O

Ὀβέλος, *veru*. c. 17. sic dici putatur, quia simile sit βέλει, etiam *subula*; *nota* quoque sic appellatur, quae veluti virga recta certis scriptorum locis apponi solet, vel quod obeli formam

mam haberet, vel quod tanquam veru super-
flua jugularet, ac confoderet.

οἰνόμελι, *vinum mulsum*. *c.* 17. dicitur, & simpliciter mulsum, i. e. vinum melle conditum, de quo Dioscorides, *V.* 16.

ὀλισθηρός, *lubricus*, *c.* 17. qui ad labendum proclivis est, proclivis ad rem aliquam, in eam facile prolabens.

ὁλκιμος, *vim attrahendi habens*. *c.* 17. alias *glutinosus*, *lentis*, *ac mollis*, qui dum extenditur, trahi non etiam rumpi possit.

ὀνίσκος, & ὄνος, *asellus*. *c.* 14. Ei nomen factum ἀπὸ τοῦ ὄνε ea significatione, qua lapidem molarem denotat, quod in capite lapidem ejus figurae habeat. Alii a similitudine corii sic appellatum volunt. Vide Rittersh. ad Opp. Ἁλ. *I.* *v.* 151. Camerarius *l. c. p.* 46. *Stockfisch* nominat, a trunco videlicet, cui aridus, & induratus tundendus imponitur. Riget enim tanta ariditate, ut nisi praemaceratus aqua, & insigniter contusus, coqui nequeat. Aristoteles ὄνον, & ὀνίσκον non differre censet; at distare docet Ath. *VII.* 18. ex Dorione Onos, quem Gadem aliqui nominant, Galleridas, quem Oniscum, & Maxinum quidam vocant. Onisci pascuntur in locis coenosis, ac herbosis; Oni nonnisi minoribus piscibus insidiantur, & caniculae temporibus latent. Asellus sirium timet Opp. Ἁλ. *I.* *v.* 151. Ejus partus nulli cognitus. *I.* 593. Et esca orcynorum est. *III.* 192. Non gregalibus adnumeratur. Solus hic piscium in cerebro lapides molae similes, & in alvo cor habet. Ath. *VII.* 18. quod Clemens Alex. Pe-
dag.

dag. *II.* 1. confirmat τὸν γῦν ἐγκατορύξας τῇ κοιλίᾳ τῷ ἰχθύι τῷ καλουμένῳ ὄνῳ τὰ μάλιστα ἐοικώς. Caro ejus, ut inquit Galenus, mollis quidem eſt, ſed non aeque ac ſaxatilium friabilis. Aſelli diſcrepant, in ſincero mari victitantes, & probo utentes alimento carnis bonitate cum ſaxatilibus contendunt; qui vero pravo aluntur nutrimento, aut in aquis quoquo modo degunt, mollem quidem habent carnem: verum ob pinguedinem lentoremque neque ſuaves adeo jam ſunt, & alimentum gignunt, exſcrementoſum. Wotton. *VIII.* 172. Nonnulli oniſcum, bacchum, & ſcellarem confundunt. Fr. Aſellus vel major eſt Ὄνος, Γάδος, Καλλαρίας, vel minor qui ὀνίσκος, Βάκχος, & Μάξεινος nuncupatur. Peſſinuntium laudat Varro apud Agellium *VII.* 16. Differt tamen ὄνος, qui proprie eſt Aſellus Latinorum, & Recentiorum Gadus Merlucius ab ὀνίσκȣ, qui hodie eſſe creditur Acipenſer corpore tuberculis ſpinoſis exaſperato. *Art. Gen.* 65. *Syn.* 91. Acipenſer Sturio *Linn. p.* 1483. Habitat in mari Adriatico, & alibi. Venter planus, cutis ſubaſpera, iris argentea. Roſtrum longum, planum, & acutum. Longitudo a ſex pedibus uſque ad decimumoctavum. An.

ὄνυχες, *ungues. c.* 29. feminae inter Solenes, ab humanorum unguium ſimilitudine. Vnguis eſt e concharum genere, binis clauditur valvis, levibus, fragilibus, verum utroque latere connexis. Exigua corporis parte extat, reliquo autem corpore toto, perinde ac in cubili, occulitur. Wotton. *X.* 247. Ath. *III.* 11.

ὄξει-

Ἁλ. *I.* *v.* 182. statuere videtur Prenades, ac Cubeas, in alto pelago degentes, raroque ad litora accedentes. Quae Dorion de orcynis narrat eadem fere de thunnis Opp. Ἁλ. *III.* *v.* 620. dicit, quod ex Oceano per fretum Gaditanum ingrediuntur mare Mediterraneum, quo fit, ut plurimi in Iberico Tyrrhenoque capiantur mari; postea vero passim reliquum mare pererrant. Ex Hermolai conjectura Orcynus cum magnus est Chelidoniae similis evadit. Wotton. *VIII.* 186. Vulnus ab hamo sibi factum rumpens effugit. Opp. *III.* *v.* 136. Magno robore est praeditus *v.*336. Et eadem, qua Anthiae, capitur ratione. *Ibidem*. Diphilus tradit, orcynum pelamide, cybio, hirundine, & synodontide majorem, virosumque esse, tam dura carne, quam hirundo. Abdomen tamen ipsius, ac juguli ori placent, & tenera sunt. Ejusdem costae sale inveteratae, mediocri sunt bonitate. Ath. *VIII.* 14.

Ὄστρεον, ὄστρειον, & ὀστράκιον, *ostreum*, *c.* 18. 26. *&* 27. generale nomen est omnia complectens, quae testa teguntur. Ostrea sunt e bivalvium genere, testa illis aspera, scabraque, crassioribusque labris, gaudent dulcibus aquis, & ubi plurimi influunt amnes. Peculiare genus quoddam ostreorum est *Berberi* dictum, in quo unio gemma nascitur, magni in Asia pretii, & quae apud Persas auro emitur. Ath. *III.* 13. Est aspectu pectini simile, concha spissa, non striata, sed levi, non utrinque aurita pectinis modo, sed una tantum parte. Mnesitheus scribit ostrea carnem aegre conficere, ob succum salsum,

ſum, quo praedita ſunt, cruda in cibo alvum ſubducere, elixa ſalſuginem maxima ex parte deponere, jus eorum alvum turbare, & ſolvere; elixi oſtrei carnem humore ſuo privatam calculum gignere. Aſſa oſtrea, ſi quis recte torreat, minime moleſta, noxiaque eſſe. Omnia oſtrea humidum praebere alimentum, aegre coqui, nec ad urinam ciendam facile permeare. Athen. *l. c.* Marina optima cenſentur. Opp. Ἁλ. *V*. v. 590. refert omnia oſtrea cum luna vel creſcere, vel decreſcere. Iſidorus *XII*. 6. ait: *omnium clauſorum maris animalium, atque concharum, incremento lunae membra turgeſcunt; defectu evacuantur. Luna enim cum in augmento fuerit, auget humorem; cum vero in defectum venerit, humores minuuntur.*

οὐρανοσκόπος, *uranoſcopus*. *c.* 9. *caeliſpex* poſſet Latine apte dici, quo nomine Romae Apollo cognominabatur, ab oculis ſic dictus, quos in capite ita ſitos habet, ut caelum ſuſpicere debeat. Iceſius vocat λύκον apud Ath. *VII*. 7. a violentia videlicet, qua utitur adverſus alios piſces. Vide Caſaubonum ad *h. l.* qui Rondeletium legentem λευκόν reprehendit, quippe qui ſtatuit nullum piſcem Graecis λύκον dici. Ventriculum gravat. Ath. *VIII*. 14. Variis gaudet nominibus, καλλιώνυμος Ariſt. *II*. 16. & κάλλιχθυς. Opp. Ἁλ. *I*. v. 185. Quae tamen nomina pompilo, anthiae, aliiſque tributa ſunt. Vide Ariſt. *IX*. 37. Plin. *VII*. 32. Aelian. *XIII*. 4. Alii ἡμεροκοίτον, *diecubum*, interdiu enim ignavus jacet, noctu errat ad cibos, quibus adeo expletur, ut etiam ab ore ſummo redun-

det. Tum fatur abjicit se in fundum immobilem ceteris praedam piscibus: ex temporis opera nomen νυκτερίς nactus. Vide Scaligerum ad Arist. *II.*16. Ἱερὸς ἰχθύς Opp. *l.c.* quia tutus, & inviolabilis est, & ἁγνός. Ath. *VIII.* 14. Arist. & Plin. ejus faciem non tradiderunt. Litoralis est, ad intestinum porrectum fel habet, pari cum intestino longitudine, saepe etiam replicatum. Vide Aristotelem *l. c.* Ejus fel singulariter extollunt medici, ut quod aciem oculorum exacuat, & suffusionum initia digerat. Vnde conjicit Fr. Vallesius *De Sacr. Phil. c.*42. hujus piscis felle sanatum Tobiam, qui stercore hirundinis fuerat excaecatus. Val. quoque Callionimum ἡμεροκοίτην nominat, cum tamen apud Opp. distincti sint. Vide Rittersh. ad Opp. Ἁλ. *I.* υ.185. Caterum magno robore praeditus est. *Ibidem III.* 335. Thunno delectatur. *Ibidem III.* 191. Vbicunque degit, inde absunt cete. *Ibidem V.* 629. Fr. Piscem esculentum nonnulli Veterum asserunt, nonnulli negant: gravis tamen cibi est. Est hodie Trachinus cirris multis in maxilla inferiore. *Art. Gen.*42. *Syn.* 71. Vranoscopus Scaber *Linn. p.*1156. Habitat in mari Mediterraneo. Piscis est crassus, ad pedem longus, supra fuscus, ad latera cinereus, subtus albus. An.

οὖς, *auris*. *c.* 37. οὖς θαλάττιον, λέπας, λέπας ἄγριος, alias *patella*, Theodoro *auricula*. Gignuntur in insula Pharo, quae ante Alexandriam jacet, largius alunt, quam reliqua ostrea, at aegre per alvum subeunt. Ath. *III.* 10. Saxis adhaerent, neque palato, neque stomacho grata sunt,

ſunt, frixa tamen eduntur; neque enim aliter placebunt. Wotton. *X*. 241. Fr. Ariſtoteles *H.A. IV*. 4. haec adnotat: *Patella, quam marinam Aurem appellant, parte ima teſtae excernitur, qua foramen habetur; ventrem etiam poſt os eſſe in hoc etiam patellae genere conſtat, atque etiam ovis illa ſimilia*. Hodie eſt Haliotis teſtacei genus univalve, ſpira regulari conflatum, cujus teſta auriformis, & patens eſt: ſpiram habet occultatam lateralem. Diſcus longitudinaliter poris pertuſus eſt. Plures hujus teſtacei recenſet ſpecies Cl. Linnaeus *p*. 1255. *&* *ſeq. edit. Vindob*. 1767. Omnium tamen praeſtantiſſima, quae in mari Europaeo habitant. Eſt *Haliotis Tuberculata* ejuſdem Linnaei, ſeu Rondeletii *Auris Marina*. An.

ὄψον, *opſonium*. *c*. 15. κατ᾽ ἐξοχὴν piſces ſic appellantur. Plutarchus *Symp. IV*. Vide Caſaubonum ad Ath. *VII*. 2.

ὄχϑη, *litus, ripa*. *c*. 2.

Π

Παγεὶς, *compactus, concretus*. *c*. 17.

πάγυρος, vide Φάγρος.

παραπλοκὴ, *immixtio*. *c*. 36.

παραφραχτικός, *vim aperiendi habens*. *c*. 24.

πάσσειν, *conſpergere, ſpargere*. *c*. 31. *&* 17.

παχύνομαι, *craſſeſco*. *c*. 27.

πελωρίδες, *pelorides*. *c*. 33. dictae ἀπὸ τοῦ Πελώρου, a Peloro Siciliae promontorio, ubi capi ſolitae, non παρὰ τὸ πελώριον, quanquam vere eas fuiſſe πελωρίας, *ingentes*. Sunt ſpecies

concharum, & chamarum, e genere bivalvium, quae teſtae varietate, & figurae rotunditate diſtant. Emolliunt alvum, copioſum praebent alimentum, & bonum ſuccum: ſtomacho gratae ſunt, nec facile excernuntur. Vide γλυκυμάριδες, & χῆμαι. Wotton. *X.* 243.

πεντεδάκτυλοι, *quinquedigitati*. *c.* 24. graciliore ſunt carne aliis cochis, ſed ſaturitatem citius, quam aliae pariunt, ſtomachoque innatant. Vide κοχλία.

πεπέρι, *piper*. *c.*22. Etymologicus παρὰ τὸ πέπτω, quod vim habeat concoquendi, corroborandique. Dioſcorides *II.* 189. Album, & nigrum eſt. Vide uberiorem deſcriptionem apud Oribaſium *Lib. XIII.* voce *Piper*.

πεπτικός, *concoctioni aptus*. *c.* 35.

περιπιμέλος, *praepinguis*. *c.* 6.

περιττωματικός. *c.* 16. *exſcrementis abundans*, *vel cui exſcrementa inſunt*.

πέρκη, *perca*. *c.*6. piſcis nigris maculis varius, & diſtinctus, ſaxatilis, phycidi, & channae ſimilis, marinus, ac fluviatilis. Saxatilis circa muſcoſa algoſaque degit, virgulis lineiſque quibuſdam varius. Ath. *VII.* 19. Branchias habet utrinque quaternas eaſque duplices, noviſſima excepta; plures quoque appendices. In deliciis habitus. Vide Ariſt. *VIII.* 15. & Dioſcor. *II.* 35. Alimentum gignit ſaluberrimum, & quod concoctu facile eſt, inquit Diphilus, aeque ac phycis facile corrumpitur. Vulgatum eſt adagium: *Percam melanurum ſequi*. Ath. *l. c.* & Rittersh. ad Opp. Ἁλ. *I.* 98. & 124. Matron parodus *percam floridam cute*, *popularemque mela-*

lanurum appellat. Ath. *IV*. 5. Vide Wottonum *V*III. 175. Fr. Plinius inter Percam, & Percidem distinguere videtur; nam percidem in ostrearum numero ponit XXXII. 11. Praeter denotatos characteres, inter saxatiles adnumeratur perca, hieme latet, parit in stagnis fluviorum, & arundinetis lacuum, continentem fetum suum emittens. Arist. *H.A.* VI. 14. Est hodie Perca lineis utrinque sex transversis nigris, pinnis ventralibus rubris. *Art. Gen.* 39. *Syn.* 56. Perca Fluviatilis. *Linn. p.* 1306. Habitat in Europae aquis dulcibus, etiam in mari Caspio. Piscis est duos pedes longus, virido-aureus, lineis transversis nigris, vel atro-viridibus, aut caeruleis ornatus. Velocissime natat, vitae tenax est, & Aprili, & Majo, referente Linnaeo, cum ad acutum corpus se affricat, unico partu ova parit usque ad numerum 281000. An.

πήγανον, *ruta. c.* 24. 26. 30. *&* 32. sic appellatur, quod caliditate sua πήγνυσι τὸ σπέρμα, sive τὴν γονὴν ex Schol. Nicandri. Vide Dioscoridem III. 52. 53. Plin. *XIX*. 8. *XX*. 13. & Orib. XIII. sub hac voce.

πελαμὶς, *pelamis. c.* 8. *&* 36. Plinio *limosa*, Gazae *limaria*, a limo scilicet. Opp. Ἁλ. IV. v. 505. ex Arist. VI. 17. eos thunnorum sobolem ait; cum enim thunnides majores facti hoc nomine appellantur. Ath. VII. 15. Multum alimenti praebet, ventriculo gravis est, urinam ciet, aegre coquitur. Sale macerata alvum movet, & attenuandi vim habet. Ath. VIII. 14.

πιαίνω, *pinguem reddo. c.* 13.

πιμελὴ, *pinguedo. c.* 36. Etymologicus παρὰ τὸ πίον

καὶ τὸ μέλος, quasi πιομέλη τις οὖσα. Arist. *H. A. III.* 17. dicit πιμελὴν esse χυτὸν καὶ ἄπηκτον, fierique inter carnem cutemque ſucco liquidam; ſed tamen & pro adipe accipit.

πιμελῶδες, *pinguedo*. *Ibidem*.

πίννη, *pinna*. *c.* 28. concharum genus duabus grandibus patula conchis. Naſcitur ex ipſo fundo in limoſis, arenoſiſque locis. Cuſtodem intra teſtam habent, Pinnophylaca, ab aliis Cancellum, ab aliis Squillam dictam, quo deſtitutae, celeriter pereunt. Ath. *III.* 11. Ex byſſo, i. e. lana quadam pinnali, ſubrecta ſemper radice, innititur, neque ſedem mutare ſolet, neque evulſa vivere poteſt. Caro ab ore veluti radix ad concham uſque mediam pertingit, ubi unio generatur, augeſcit tunc pinna, & alitur, quamdiu adnexus; quo privata nihil alere praeterea poteſt. Clariſſimi puriores, ac grandiores ſunt uniones pinnarum in alto degentium, per aequoris vero ſumma fluitantium minores, coloriſque nubili. Qui margaritas venantur digitis interdum privantur; compreſſis enim conchis illi abſcinduntur. Ath. III. 14. Copioſum praebet alimentum, aegre vero concoquitur, & corrumpitur, urinam ciet. Optimae ſunt tenellae, plenae, carnoſaeve, quae in limoſis herboſiſque vadis gignuntur, ubi mari dulcis aqua miſcetur, & locis tranquillis. Wotton. *X.* 245. Vide Noſtrum *c.* 28. Fr. Gronovius ad Plin. *IX.* 31. obſervat maxime nugari Veteres de pinnarum cuſtode, minimeque haec cruſtacea cuſtodiae cauſſa pinnis inhabitare; ſed ut ex earum eſca aliquid ſibi abripiant: quaeque Plinius de

Pin-

Pinnophilace refert, convenire cum Aſtaco Bernardo, qui differt a reliquis cancris numero pedum. Ceterum Pinna teſtaceum eſt ſubivalve, fragile, quod cum erectum ſit, emittit barbam byſſinam *Linn.p.*1159. *ed. Vind.* 1767. Pinnae vero ſpecies, quam muricatam appellat Linnaeus *Ibidem*, teſta conſtat ſubſtriata, ſquamis concavis, ovatis, acutis. Hujus pinnae, ſeu potius animalis in ea contenti, quod limax eſt, hoſtis cenſetur ſepia octopodia; cuſtos vero cancer pinnotheres. *V. Linn. Amaen. Acad. II.* 48. An.

πιννοφύλαξ, *pinnophylax*, *cuſtos pinnae*. *c.*28. Vide *not.*4. *p.*101. Vocatur a Cicerone *De Fin.III.* 19. *Pinnother*, ubi diverſitas lectionis; nam & πιννοτήρης in quibuſdam locis auctorum invenitur, qui παρὰ τὸ τηρεῖν ἢ φυλάττειν τὴν πίννην, & πιννοθήρης, qui παρὰ τὸ θηρᾷν ἢ θηρεύειν ἐν τῇ πίννῃ, vel μετὰ τῆς πίννης deducunt. Hiſtoriam de pinnophylace Aug. Gisl. Busbequius *ep.* 4. *De legatione Turcica*, ſpecioſam magis, quam veram, & exploratam exiſtimat. Vide Rittersh. ad Opp. Ἁλ. *I.* 191.

πιννώδης, *pinnis aſſuetus*. *c.* 28.

πλαδαρός, *flaccidus*. *c.*6. alias *praehumidus*, *uvidus*.

πλακώδης, *planus*. *c.* 15. alias *cruſtoſus*, *cruſtae ſpeciem referens*. Dioſ. *II.* 23.

πλώς, *Plos*. *c.* 10. cognomen mugilis. Epicharmus *in Muſis* hac appellatione utitur. Ath.*VII.* 16. & 10. Differunt ab Anguillis quibuſdam in Sicilia, quae πλωταί, *flutae* nominantur, de quibus vide Pollucem.

πλύνω, *lavo*. *c.*30. proprie de veſtimentis, improprie de aliis dicitur rebus.

πνί-

πνίγω, *suffoco*. *c.*8.

ποιάνα ποιεῖν, *gustum excitare*. *c.* 16.

πολυτελής, *delicatus*, *exquisitus*. *c.* 36.

πορφύρα, *purpura*. *c.*23. concha turbinati generis. Opp. Ἁλ. *V.* *v.* 398. Aristoteles *De partib. anim. II. c. ult.* ὀστρακοδέρμοις adnumerat. A Plinio *IX.* 32. *pelagia* vocatur. Canaliculatum e testa illi procurrit rostrum, & canaliculi latus introrsum tabulatum leve est, qua proferatur lingua, quae ita firma est, ut vel durissimam quadrupedum cutem perforare possit. Arist. *H. A. IV.* 4. Clavata est ad turbinem usque aculeis in orbem septenis fere. Tot orbes, quot annos habet. Florem tingendis vestibus inter papaver, & collum in candida vena continct super ventrem, in quibusdam nigrum, in quibusdam rubidum. Genera plura pabulo, & loco discreta: *Lutense*, *Algense* vilissimum, *Teniense* ad Tenei maris loca, *Calculosum*, *Dialutense*. *Magnae* sunt ad Sigeum, & Lectum Idae promontoria *Purpurae decadactyli*. *Parvae* ad litora, & oras, *magnae* pelagiae. Wotton. *X.* 237. De earum generatione Aristoteles *III.* 11. *De gen. anim.* Inescantur, & capiuntur purpurae strombis. Opp. Ἁλ. *I.* *v.* 315. & lingua exserta cibum captantes capiuntur. *Idem V.* 598. Vere in eundem locum congregatae id faciunt, quod Melicertam vocamus: id autem veluti favus est, non adeo sane politum, ac nitidum; verum perinde ac si ex alborum cicerum putaminibus strues compacta congestaque sit; nullus tamen aperte in iis meatus est. Ath. *III.* 11. De earum diaetetico usu, ac utilita-

tate. Vide *c*.23. *not*.4. *p*.84. Fr. Supervacaneum erit vel pauca addere de Purpuris post doctiss. opera hujus saeculi Paschalis Amatii *de Restitutione Purpurarum*. *Caesenae* 1784. & Cl. Equitis Michaëlis Rosa *Delle Porpore*. *Modena* 1786. Veterum tamen purpura non fuit buccini genus, sed muricis, ut statuit Linnaeus *p*.1225. *edit*. *Vindob*. 1767. Murex cochleae genus est univalve, spirale, & exasperatum suturis membranaceis. Murices item in spinosos dividuntur cauda exerta, & in frondosos suturis crispato-frondescentibus, cauda abbreviata: hi purpurae vulgo dicuntur. An.

προβρέχω, *praemadefacio*. *c*. 24.

προεωλίζω, *per unum diem asservo*. *c*. 11. Suidas enim ἕωλον esse tradit τὸ εἰς τὴν ἕω λειπόμενον, quod in auroram sequentis diei relinquitur, alias προεωλίζειν dicuntur cibi, qui putrescunt repositi.

προσηνής, *idoneus*. *c*.18. Eustathius ab ἠΰς *bonus*. Hesychius *placidus*, *lenis*.

προσφορά, *cibi assumtio*. *c*.23.

πτελέα, *asperitas*. *c*. 32. alias *ulmus*, species arboris aptissima aedificiorum fundamentis. Diosc. *I*. 112. 183.

πυθμήν, *fundum*, *ima pars*. *c*.23. Eustathius ἀπὸ τοῦ πύθεσθαι, quod primo putrescere soleat ille locus.

πυξίζω, *buxei coloris sum*. *c*.21.

P

Ῥάχις, *spina*, *spina dorsi*. *c*. 37. sic dicta a ῥήσσω, quod

quod quasi ruptura sit discernens dextras partes a sinistris, aut quod propter spondylorum distinctionem, ac flexionem rupta esse videatur. Alii a τραχὺς deducunt, quod spondyli parte posteriore sint τετραχυμένοι, spinosi, & asperi.

ῥόμβος, *rhombus*. *c*.1. & 11. latus piscis, & latior patella. Romani sic passerem nominare Athenaeus *VII*. *c*. *ult*. docet. Nausicrates vero lacteum rhombum, quem Sicula plebs comest. *Ibidem*. Diphilus buglosso, & psetta nihil deteriorem judicat, quod scilicet ad saporis attinet gratiam, alimentive, quod ex eo praestatur copiam: caro media est inter duram & mollem. A rhombis passeres situ tantum corporis differre dicit Wotton. *VIII*. 167. Ovidius *Hal*. *v*. 125. distinguit:

Passer, & *Adriaco mirandus littore Rhombus*

Et Rittersh. ad Opp. Ἁλ. *I*. *v*. 105. passerem generis esse nomen complectens rhombum, passerem, & soleam. Fr. Rhombus Plinii est hodie Pleuronectes oculis a sinistris, corpore glabro. *Art*. *Gen*. 18. *Syn*. 31. Pleuronectes Rhombus *Linn*. *p*. 1235. Habitat in mari Europaeo. Piscis est voracissimus, vertice dorsoque fuscus, subtus albus. Ceterum ex fusco, & flavicante variat. An.

ῥυπαρά, & ῥυπαρία, proprie *sordes*, *ulcus quoddam sordidum*, *c*. 21. Diosc. *V*. 99.

Σ

Σαλπή, *Salpa*. *c*. 9. piscis saxosis locis, algosis, muscosisque degens, colore varius, virgis, vel ma-

maculis quibusdam distinctus, solitarius, serratos habet dentes, alga pascitur, & herbis; gustui ingratus secundum Archestratum. In mari Rubro piscis gignitur salpae similis Stromateus dictus. Archestratus circa Mytilenem, Diphilus circa Alexandriam optimos praedicat. Ath. *VII.* 20. Opp. ʽΑλ.*I*.v.125. circa petras muscosis vivere, & *III*.434. alga capi dicit. Vide Wotton. *VIII.* 180. Fr. Hodie est Sparus lineis utrinque undecim aureis parallelis longitudinalibus. *Art. Gen.* 38. *Syn.* 60. Sparus Salpa *Linn. p.* 1275. Habitat in Mari Mediterraneo. Cutis ad finem pinnarum dorsi, & ani in eminentiam, medio sinuosam producitur. An. σαλπίγξ, *tuba*. *c*.24. etiam apud Hesychium nomen piscis sicut *h. l.* cochleae, quae tubae modo sufflat. Apud Archilochum ςρόμβος sic dicitur. σαργός, *sargus*. *c.* 9. piscis e mugilum genere, ab Arist. *V.* 11. ad gregales refertur, & robustus est, unde Archestratus apud Ath. *VII.* 20. λινοπληγέςατον ἰχθὺν appellat, quia omnium maxime cum retibus certat, eaque vehementi jactatione, vel attritu frangit; hoc significat ex Casauboni ad *h. l.* sententia λινοπλήξ proprie: nam quod antiqui Grammatici interpretantur φρενοπλήξ, translatum est a notione prima, quia capti piscis jactatio intra retia similis furori insanientium. Saxatilis inter herbosa saxa, variusque est, unde πολυγραμμός, & μελανογραμμός apud Ath. & Ovid. Hal. 105.

Insignis sargusque notis, insignis & alis.

Amore caprarum tenetur, pellibus earum allectus capitur. Opp. ʽΑλ. *IV.* v. 308. Piscator igitur ca-

caprinam pellem extractam induit, ipsique insidias parat, farinamque jure caprino madefactam in eam maris partem spargit, ubi sargus est, qui tanquam filtro quodam odoris allectus accedit, farina vescitur, pellis assimilatae caprae conspectu permulcetur, & sic piscator cum hamo eum capit. Vide Camerarium *l.c p.* 37. Polygamiam amat. Opp. Ἁλ. *IV.* v 375. & interdum manu capitur ab urinatore. *Ibidem IV.* v. 597. Icesius valentius adstringere, ac alere quam Melanuros dicit. Ath. *VII.* 20. In cibo laudatur a Nostro *l. c.* Archestratus ait, Sargum assum, aspersum caseo, bene magnum, adhuc calentem, acri madefactum aceto, praeparandum esse. Nonnulli cum sarginis confundunt, a quibus tamen Epicharmus probe distinguit. Ath. *l. c.* & Wotton. *VIII.* 169. Fr. Autumno, & vere parit. Plin. *IX.* 51. Est hodie Sparus lineis transversis varius, macula nigra insigni ad caudam. *Art. Gen.* 37. *Syn.* 58. Sparus Sargus *Linn. p.* 1270. Habitat in mari Infero. Sargus Auctorum. Dorsum ei acutum, cauda vero bifurca. An.

σάρδα, *sarda*. *c.* 38. pelamis longa ex Oceano veniens, magnitudine coliae par est. Ath. *III.* 33. Wotton. *VIII.* 186.

σαυρός, *saurus*. *c.* 7. cognomen Trachuri. Piscis gregalis, carnis duritie mollitieque mediocris, in litoribus coenosis victitans, & in saxorum cavernis. Est & *σαυρός* piscis belonae, & capitoni similis, auctore Speusippo. Vide Wotton. *VIII.* 188. Non confundendus cum *Lacerta*, quae etiam *σαυρός* dicitur, de cujus apparatu Alexis agit apud Ath. *VII.* 20.

σμάρις

σειών, *sion*. *c*. 9. piscis cujus apud nullum Graecum auctorem nomen reperit Gesnerus. Vide *not*. 1. *pag*. 36.

σέλαχος, *cartilagineus*. *c*.7. Aristoteles *H.A. III*. 3. primus sic pisces appellavit. Galenus in exp. Glossarii Hippocr. σέλαχη vocari scribit pisces omnes, qui squamas non habent, atque animal pariunt. Ita autem appellari existimantur, quod eorum cutis aspera noctu luceat, a nomine σέλας.

σιελοποιός, *sputum creans*. *c*.23. σίελον, & σίαλον Eust. & Etymol. παρὰ τὸ ἅλις σιτεῖσθαι deducunt.

σίνηπι, *sinapi*. *c*. 8. pro quo νάπυ apud Atticos, teste Phrynicho. Apud Diosc. *II*. 184. σίνηπι ἢ νάπυ, & Nostrum *c*. 26. 28. & 32. Descriptionem vide apud Orib. *XII*. in voce *sinapi*.

σινόδυς, *synodon*. Vide συνόδυς.

σκάρος, *scarus*, *saphyrus*. *c*. 10. & 14. vel σπάρος, ut & Rasarius *c*.10. legit. Isidorus *XII*. 6. hos pisces distinguit. Nomen habet ἀπὸ τοῦ ἀσπαίρειν, vel σκαίρειν, quod nassae inclusus caudae ictibus crebris aversus laxet fores, atque ita retrorsum erumpat. Opp. Ἁλ. *IV*. *v*.40. Ennius totum piscem *cerebrum Jovis* appellat. Solus piscium dicitur ruminare, unde μύρηξ, ruminalis dicitur. Litoralis est circa petrosa, & herbosa loca victitans, solitarius, carnivorus. Lingua ei parva, cor triquetrum, lien nigrum est. Complures habet appendices, binas utrinque branchias alteras duplices, alteras simplices. Ath. *VII*. 20. Plin. *IX*. 11. Scarum solum dormire dicit Seleucus Tarsensis Ath. *l. c.*

Ni-

Nicander Thelateirenus duo facit genera, *Onian*, & *Varium*. Icesiùs melioris succi esse tradit, quam maenidem, & uberius nutrire quam alios multos. Epicharmus pulcherrimum oblectamentum, & jucundissimum nominat, cujus stercus Diis abjicere fas non est. Ath. *l.c.* Inter delicias Romanorum refertur Hor. *II. Sat. II.* Macho Alexandriae vitam degens, judicium suorum popularium secutus, scarum inter malos posuit, quem alii omnibus praeferunt saxatilibus, & ceteris non paucis. Athen. *VI.* 11. Paratur sic, caseo, oleo, postquam lotus est, omnia farciuntur, suspenditur in calido, testa inspergitur sale, cymino trito, & oleo glauco infunditur. Ath. *VII.* 20. Non sine praecautione vesci debet eo, pascitur enim nonnunquam lepore marino, quo fit ut ejus interanea choleram excitent. Wotton. *VIII.* 168. Fr. Solus inter pisces ruminat ex Veterum doctrina: dentes non serratos habet, sed planos; os parvum, & linguam non admodum adhaerentem. Scarus Auctorum. *Art. Syn.* 54. Labrus Scarus *Linn. p.* 1283. Habitat in Graeciae litoribus Siciliam tenus, ruminans, & hodie obscurus. An.

σκιαδὴς, *sciaena*, *umbra*. *c.* 1. *not.* 3. *pag.* 7. *c.* 14. *not.* 4. *pag.* 51. σκινίς a Galeno *De Alim. Fac. III.* 30. *scepinus* apud interpretem Ath. σκιαδεύς, σκιαθίς, & σκιαινίς. Piscis porco marino similis, quem Marionem Danubii quidam esse putant. Capite occultato se totum latere putat. Opp. Ἁλ. *IV.* *v.* 599. & 616. Numenius ad pisces interdum gregatim coeuntes refert. Ath. *VII.* 20.

20. Minime quidem dura carne, sed mediocri, quae tamen saxatilibus duriuscula est. Fr. Aristotelis *H. A. VIII.* 19. & Plinii *IX.* 16. auctoritate lapidem in capite habet, plurimum vorax, levis, & celeriter natans, quapropter Ausonius *Mos.X.* v.90. ait: *celer Umbra natatu.* Est hodie Sciaena maxilla superiore longiore, cirrosa in inferiore. *Art. Gen.* 38. *Syn.* 65. ubi ait synonyma hujus generis aliquanto esse dubia. Color varius, longitudo quatuor cubitorum, ponderis librarum sexaginta, os exiguum, limbus niger in operculis branchiarum. An.

σκόμβρος, *scomber*. *c.* 8. 29. & 35. piscis parvis thynnis similis, & varius. Icesius ait, scombrum colia minorem esse mole corporis, sed copiosius alere, melioremque gignere succum, non tamen facilius egeri. Athen. *VII.* 20. Ex oceano Mauritaniae, Baeticae, & Cartejae fluvios intrat, ubi capitur; Mauritania propterea insula Scombraria dicta a Strabone *Geogr. III.* ex his Garum fit excellentissimum. Ath. *III.* 33. Wot on. *VIII.* 188. Fr. Scomber Recentiorum pinnulis quinque in extremo dorso, polypterygio, aculeo brevi ad anum. *Art. Gen.* 30. *Syn.* 48. Scomber *Linn. p.* 1328. Habitat in oceano Europaeo, & alibi. Hieme in profundis latet, vere litora, & superficiem petit, voracissimus, ne homini quidem parcit, pedalis, vel bipedalis. Vitae minus tenax, fertilissimus, recens ex mari extractus phosphori lumen spargit. An.

σκόρπαινα, *scorpaena*. *c.* 14. σκορπίς quoque: femellam scorpii hoc nomine venire quidam asserunt. Scorpios, & scorpidas Aristoteles *H. A.*

diversis locis nominat, sed incertum an eundem piscem intelligat. Athaen. *VII.* 20. distinguit: *nos*, ait, *saepius scorpium*, & *scorpaenam comedimus*. Distare succo, & colore pisces eos non est, qui nesciat. Icesius duplex genus statuit, alterum pelagium, alterum in coenosis aquis degens, & hoc nigricans, illud rufum, quod gustu, & alimenti copia sane anteit. Excernitur facile, multum succum gignit, abunde nutrit. Athen. *l. c.* Fr. Plures appendices superne circa ventriculum habet; bis anno parit, & in alto mari: solitarius est, & alga vescitur. Scorpaena hodie est pinnulis ad oculos, & nares. *Art. Gen.* 47. *Syn.* 75. Scorpaena Porcus *Linn. p.* 1214. Habitat in mari Mediterraneo. Cancris, & piscibus victitat. Contrectata pinnam dorsi erigit, ejusque spinis vulnerat. Caro tenax, parum edulis. An.

σπάρος, a σπαίρω, *palpito*, quia multum palpitat & vibratur extra aquas: dicitur & Ῥυάς Arist. *H. A. IV.* 8. quo nomine indigitantur omnes pisces fluti. Latinis Sparus, & Sparulus. Similis fuit auratae herboso litore gaudens, multi succi, & melioris, quam Maenidis, tenerae carnis, & stomacho gratus. Ath. *VII.* 20. Quique *VIII.* 14. ex Diphilo notat, elixum sparum parvo negotio confici, frixum vero coctu difficilem. Est hodie Sparus unicolor flavescens, macula nigra anulari ad caudam. *Art. Gen.* 37. *Syn.* 57. Sparus annularis *Linn. p.* 1270. Habitat in mari Adriatico, & Infero. An.

στεναγόμενος, *coangustatus*. c. 13. proprie *suspirans*, & 70. Interpretes *Gen. III.* 15. de statu gravidarum adhibent.

στρομ-

στρομβοειδής, *turbinatus*, *turbinis*, *seu coni figuram gerens*, *in turbinatum macronem desinens*. c. 23.

στρόμβος, *strombus*. c. 29. Sic hoc loco cum Oribasio, & Fabricio legendum, & quae *not*. 3. *pag*. 104. extant, ad Scombros referenda. Strombi autem ad turbines pertinent, quibus nomen modo aquatilium, modo marinorum tribuitur. Schol. ad Opp. Ἁλ. *I*. *v*. 315. γένος στρόμβων explicat τῶν λιβαδίων ἢ ἰονιαδειῶν. Hoc loco conjungit strombos cum purpuris, quippe quibus inescantur, & capiuntur purpurae, teste Arist. *De Part. Anim. II. c. ult*. Strombi in aceto putrefacti lethargicos excitant odore, prosunt & cardiacis: strombi quoque carnes tritae, & in mulsi tribus heminis, pari modo aquae, aut si febres sunt ex aqua mulsa datae proficiunt. Wotton. *X*. 236. Fr. Strombus cochleae genus est, testa fabrefactum univalvi, spirali, latere ampliato. *Linn*. *p*. 1207. *edit*. *Vindob*. 1767. An.

συγκρίσις, *compages*. c. 1.

συναγελαστικός, *gregarius*. c. 7.

συνόδων, *dentex*, *synodon*. c. 15. κυνόδων, Schol. ad Opp. Ἁλ. *I*. *v*. 170. πυκνόδοντες, συνόδοντές εἰσὶ βοῦς, πρόβατα, αἶγες, καὶ εἴ τι συμβέβηκε στέαρ ἔχειν, ἀλλ᾽ οὐ πυμελήν· διαφέρει γὰρ πυμελὴ στέατος, ἐτυμολογεῖται δὲ ἀπὸ τοῦ σῦς ὁ χοῖρος καὶ τοὺς ὀδοὺς, οἱονεὶ οἱ ἔχοντες ὀδόντας χοίρων. Dictus παρὰ τὸ σίνειν, τουτέστι βλάπτειν τοῖς ὀδοῦσιν, unde Aristoteles *VIII*. passim πρόσγειον, σαρκοφάγον, & ἀγελαῖον appellat. Gregalis & litoralis piscis est, partim in saxis, partim in arenosis locis degens. Quaternas utrinque branchias simplices habet. Epicharmus

 ἐγυ-

ἐρυθροποικίλον, i. e. inaequaliter, & cum varietate quadam rufum dixit, & Numenius albicantem commemorat, Ath. *VII.* 21. Ovidius *Hal. v.* 72. fulvos Synodontes appellavit. In ejus cerebro gemma, συνοδοντίτης λίθος, reperitur. Plin. *l. ult. c.* 7. Synagris ab illo distinctus est. Synodon facultate alendi praeditus, suavis in cibo, modice adstringens, urinam ciens: elixus parvo negotio conficitur, frixus vero coctu difficilis, qua quidem in re eum sparo convenit. Ath. *VIII.* 14. Fr. Denticem cum aurata, & mugile laudat Apicius *IV.* 12. Athenaeus eum in fretis longe optimum esse ait, *VII.* 20. qui & salubrior est, Galeno auctore *III. De Alim. Fac.* Nam in universum meliores evadunt, quos plurima jactatione inquieta aestuosaque maria fatigarint. Noster Actius Syncerus denticem ex Amalphi laudat *in Lusis piscatoriis*, inquiens;

Dat Rhombos Sinuessa, Dicarchi littora Pagros:
Herculeae nullum rupes: Synodontas Amalphis.

Est hodie Sparus varius, dorso acuto, dentibus quatuor majoribus. *Art. Gen.* 36. *Syn.* 60. Sparus Dentex *Linn. p.* 1278. Dentalis, Dentex, & Synodon Auctorum. Habitat in mari Infero, & Supero. Maculas habet varias in corpore; ejus cauda est bifurca. An.

συχνός, *copiosus. c.* 36.

σχηματισμός, *figura. c.* 38.

σωλήν, *solen, unguis* Gaza. c. 29. Plinii *dactylus*, posset & *fistula* verti. Piscis testacei generis, cujus concha tubi modo oblonga. Variis insigniuntur nominibus. Vide *not.* 1. *pag.* 106. Succi multum

multum suppeditant, sed pravi, & glutinosi. Solenistae olim vocati sunt, qui haec ostrea colligerent. Ath. *III.* 11. Wotton. *X.* 247. Fr. In locis arenosis nascuntur: ad strepitum se subtrahunt, inferiusque subsident: in tenebris remoto lumine fulgore clarant: mares liventes quasi virgas habent, caeruleique coloris sunt; feminae unicolores, itemque sunt dulciores. Solen Recentiorum testa bivalvi, & oblonga constat, utroque latere hiante. Animal est Ascidia *Linn. p.* 1113. *edit. Vindob.* 1767. An.

T

Ταριχεύω, *sale condio. c.* 20. sic Dioscorides I. *c. ult.* λίπει ὑείῳ τεταριχευομένῳ, *cum salsa axungia*; sed & condio, & macero absque sale apud eundem *II.* 88. στέαρ δίχα τεταριχευομένον, *sine sale conditus adeps*.

ταριχηρός, *sale conditus, piscis. c.* 29. 34. Vide Diosc. *II.* 34.

τάριχος, *salsamentum*, piscium caro sale condita, & exsiccata, ac praesertim cervices eorum, & ventres ceteraeque partes pinguiores. *c.* 36. 37. *seq.* Suidas sic nominari scribit παρὰ τὸ εἰς γάρον ἐξιχωρίζεσθαι. Diphilus de salsamentis dicit parum nutrire, exiguum succum praebere, aestuosa esse, ventriculum juvare, alvum ducere, appetentiam incitare. Ath. *III.* 33. Vide *not.* 3. *pag.* 116.

τελλίνη, *tellina. c.* 31. ex chamarum genere. Tellinae in Canopo multae nascuntur, per incrementum Nili, cum augetur fluvius, crebrae.

Ex his Regiae leves sunt, ac tenuiores, per alvum facile secedunt; & abunde nutriunt; fluviatiles vero illis sunt dulciores. Ath. *III.* 12. Vere optimae sunt. Romae quasdam conchulas circumferri Hermolaus tradit, quas qui vendunt Tellinas praedicant, vulgatis conchis minores, & tenuiores, candidasque, non striatas, quas Veneti piscatores a capparis similitudine Capparoculas appellant. Wotton. *X.* 244. Fr. Latinis Mytilus appellari innuit Athen. *III.* 8. Τὴν Τελλίναν λεγομένην ἣν Ῥωμαῖοι Μύτλον ὀνομάζουσι. Sed quidam ab Athenaeo dissentientes adnotant mytilos Plinii *IX.* 51. esse quos Aristoteles μύας, Dioscorides μύακας, & Latini Musculos dixere. Verum eas satis refellere videtur idem Athenaeus eodem libro *c. II.* ex verbis a Franzio prolatis. Hodie Tellina conchae genus est bivalve, quae uno in latere flexa est. *Linn. p.* 1116. *edit. Vindob.* 1767. An.

τέλμα, *lama, lacuna, stagnum. c.* 27.

τεμαχίζω, *in frusta seco. c.* 8. de grandiorum piscium in frusta sectione, hinc τεμαχίτης ἰχθὺς, piscis qui in frusta secari solet, ac muria condiri.

τελματώδης, *coenosus, limosus. c.* 28.

τεινεσμώδης, *tenesmo laborans. c.* 30. Est autem τεινεσμὸς continua, & implacabilis desidendi cupiditas, qua tamen nihil praeter cruenta pauca, & mucosa egerit: sic dicta παρὰ τὸ μόριον, ὅ πέποιθεν, ἐκτείνεσθαί τε καὶ πρὸς ἔκκρισιν βιάζεσθαι.

τευθίς, *lolligo. c.* 29. femella, τευθὸς masculus. Scholiastes ad Opp. Ἁλ. *I. v.* 428. τευθίδες ex-

explicat τὰ καλαμάρια. Avis aquatica lolligo quasi *voligo* a volando secundum Grammaticos. Piscis gregarius, sepiae similis, tot pedes habet ac promuscidas, & e pedibus inferiores quidem parvos, superiores majores, promuscidem dextram crassiorem, corpusculum totum molliusculum, & oblongum. Teuthus magnitudine a Teuthide discrepat. Ath. *VII*. 22. In vesica humorem contineri pallidum non atrum affirmat. *Idem*. Sed dissentit Ovidius *Hal*. v. 129.

Et nigrum niveo portans in corpore virus.

Et Horat. *I*. *Sat*. 4. *nigrae succum loliginis* nominans. Rubro liquore suo conatur effugere piscatorum insidias. Opp. Ἁλ. *III*. v. 166. Alexis Theuthidas concisis alis earum, adipis admixto paullulo, insperso sale, scitamentis ex olere viridi, minutim tuso, condiri dicit Ath. *III*. 22. Fr. Sepia Recentiorum corpore subcylindrico subulato, cauda ancipiti rhombea. *Linn*. *p* 1096. *edit*. *Vindob*. 1767. Habitat ubique in nostro mari. Aqua infuscata, effuso atramento, absconditur, & cauda extra aquam exilit. An.

τηγανόν, *sartago*. c. 13. vel patella, in qua butyrum oleumve liquefieri solet ad pisces frigendos, aut carnes, aut similia, unde & παρὰ τὸ τήγειν dicitur. Ath. *VI*. 3.

τηθός, *tethus*. c. 30. Scribitur in plurali τήθεα, & τήθυα. Ostreorum est species Ath. *III*. 12., & Arist. *H*. *A*. *IV*. 6. Theodoro *Vertibulum*. Tethea parum a plantis differunt, videntur enim plantae marinae esse, unde ad Zoophyta referuntur, propius tamen ad animalium accedunt naturam quam spongiae, cum aliquid car-

nis habent, ſenſu quodam praeditae videntur. Inter teſtata tethya peculiarem ſortita naturam, his enim ſolis corpus totum integumento includitur, nequaquam ſtriato ſed levi, cujus durities inter teſtam, & corium eſt. Tota corporis natura carnoſa eſt. Vide Wotton. *X*. 248. Fr. A Plinio *IX*. 47. inter zoophyta adnumeratur. Ariſtoteles *H. A. IV*. 6. parum a ſpongiis differre aſſerit, qui & internarum partium deſcriptionem exhibet. Suidas v. Τήθη haec habet: Attici ſic vocant & ipſas Κνίδας, & κνίδη quidem dicitur quamdiu tenera eſt; cum vero jam habet matres, hoc eſt, ipſas ſeminis ſphaeras, ἀκαλήφη dicitur. Hodie Tethys animal eſt marinum, inter molluſca a Linnaeo relatum, quod corpus habet liberum, oblongiuſculum, carnoſum, apodum. Os proboſcidem exerit terminalem, cylindricum, ſub labio explicato. Foramina duo ad latus colli ſiniſtrum. Duaſque hujus vermis recenſet ſpecies, quarum una *Leporina* dicitur, altera vero *Fimbria*. An.

τράχουρος, *trachurus*. *c*. 7. eum commemorat Diocles, & inter ſicciores reponit piſces, & Numenius varium dicit. Ath. *VII*. 22. Durae carnis eſt. Wotton. *VIII*. 187. Vide σαυρός. Schol. ad Opp. Ἁλ. *I*. *v*. 99. ὅμοιως πηλαμίσιν appellat. Fr. Σαύρος quoque dici videtur ab Ariſt. *H. A. IX*. 2. Saurus, vel Lacertus a Latinis ob quamdam ſimilitudinem lacerti reptilis. Ita deſcribit Jovius *De Piſc. c*. XIX. Trachurus oblongus eſt, ac tenuis, & falcatus in ventre, cujus latera lineae frequentes, & obliquae vergentes ad caeruleum colorem pulcherrime deſcri-

scribunt. Est hodie Scomber linea laterali aculeata, pinna ani officulorum triginta. *Art.Gen* 31. *Syn.* 50. Scomber Trachurus *Linn. p.*1335. Habitat in mari Mediterraneo, & alibi. Piscis a spithama ad duos pedes longus, argenteus, fronte dorsoque ex caeruleo viridibus. Vere ad litora gregarius. Ejus caro edulis est, ac minus tenera, quam scombri, cui ceterum affinis. An.

τρίγλα, *mullus*. *c.* 15. Rationem nominis reddit Schol. ad Opp. ῾Αλ. *I.* *v.* 590. τρίγλα διὰ τὸ τρὶς γεννᾷν, οἷον τρίγοναι, καὶ κατὰ συγκοπὸν τρίγναι, καὶ τροπῇ τοῦ ν. εἰς λ. τρίγλαι; & ex conjectura Ath. *VII.* 21. quod gregatim eat. Rufus piscis est, gemina barba. Litoralis in arenosis locis. Tria genera sunt, barbatorum, imberbium, & lutariorum. Dentibus serratis praediti, toti punctis maculosis, & carnivori. Non amant virilia, ac ideo Dianae sunt sacri. Stomacho grati sunt. Vocantur & γενειατίδες. Vide hanc vocem Ath. *l.c.* Wotton. *VIII.*169. Ovid. *Hal.* *v.* 123. ejus meminit,

Tenui suffusus sanguine mullus.

Fr. Mullus Latinis notissimus, ita dictus a colore mulleorum calceorum, qui languidum ruborem illum repraesentant, quem in persici, & cyclamini herbae inversis foliis conspicimus, hinc ῥοδόχροα vocat Oppianus *I.* *v.* 130. Sed moriens ruborem mutat, & varios colores induit. Seneca *Nat. Quaest. III.* 18. Est admodum carnivorus, ut Oppian. canit *III.* *v.* 435.

Σώμασι δ᾽ ἐκπάγλως ἐπιτέρπεται ἀνδρομέοισι
πυθομένοις.

In

In deliciis tamen helluonis fuit, qui maxime expetebant hepar, & caput. M. Apicius in garo mullos necari jussit. Plin. *IX*, 17. Est Recentiorum Triglia capite glabro, lineis utrinque quatuor luteis longitudinalibus. *Art. Gen.* 43. *Syn.* 72. Mullus Surmuletus *Linn. p.* 1339. qui Aristotelis τρίγλαν, & Plinii mullum ad hanc speciem recenset; minime vero ad mullum barbatum, qui *Triglia* vulgo audit. Piscis a spithama ad pedem longus, squamis argenteis, fulvo-striatis constans. Veris tempore ad litora, & ad summam aquam venit, ibique ova parit. Caro sapida, mollis, & teneriuscula est. AN.

τρίτομον, *triton*. *c.* 35. forte τρίτον legendum, ex magnorum genere pelamidum, ex eo horaea cybia, quae inter macra salsamenta praestantissima sunt, ut inter pinguia cordylae fiunt. Vide Ath. *III.* 30. & Wotten. *VIII.* 186.

τυφλινίδια, *typhlinidia*. *c.* 37. genus pisciculorum, qui sale adservantur, & cum oleribus acrioribus vescuntur.

Υ

Ὑγιεῖς, *eugies*. *c.* 37. forte εὐγιεῖς. Quaedam piscium species, quae salsamentis idonea est, de qua apud alios auctores nihil me reperire memini. FR. Vide Animad. Coray ad hunc locum. AN.

ὑγραίνω, *humecto*, *madefacio*.

ὑγροπαγής, *qui humidae compagis est*. *c.* 37.

ὑδροχόος, *aquaeductus*. *c.* 2. alias *aquarius*.

ὕλη, *materia*. *c.* 6.

ὑπα-

ὑπακτικός, *ad subducendum aptus.* c. 22.
ὑποβαίνω, *cedo, inferior sum.* c. 34.
ὑποβιβασμός, *transitus, subductio.* c. 32.
ὑπογάστριον, *imus venter, pars infra umbilicum usque ad pubem.* c. 36.

Φ

Φάγρος, *pagrus*, & *phagrus.* c. 1. & 13. qui & πάγυρος. c. 5. Istris *arbor*, Romanis *fraellinus*, Hispanis *pagellus* dictus. A voracitate nomen accepit. Isidorus *XII. 6.* asserit, eum ita duros habere dentes, ut ostreis in mari alatur, unde *voras* dici posset. Est carnivorus, solitarius, corde triangulo, viget vere, dulcis, subadstringens, multum alit, &, ut par est ad proportionem, difficile excernitur. Archestratus exoriente syrio phagrum edendum esse dicit, & quidem caput ejus. Ath. *VII.* 22. Tria genera occurrunt apud Opp. Ἁλ. *I. v.* 140. ἀγριοφάγρων, ὀξυφάγρων, & ὀψοφάγρων. Propter similitudinem cum dentice, & erythrino confunditur. At observante Scaligero ad Arist. *H.A. II.* 16. dentices teretiores sunt pagris: non enim ita compressi existunt, ut in ventrem ambitus adeo curventur, capite grandissimo, ac porrecto, pars branchiarum major, vertex latior, dentes conferti, cohaerentes, teretes, aequales inter se, non in mucronem acuminati ad pungendum, sed in planiciem, quasi ad molendum. Differt ab Erythinis. Eis forma auratae, quanquam aliquanto minus ventriosa, & omnino porrectior; quemadmodum cum eos inter se compares, animad-

madvertas, erythinum strictiorem, & tam cauda, quam capite productiore. Pinnis quoque differunt, Pagro demissiores, Erythino magis ad dorsum sunt. Neque Ligures, neque Istri distinguunt. Arist. *VIII*. 16. in litore, & in alto degere ait, & *l. c.* 25. cephalalgia propter lapillos in capite laborare. Ad salsamentorum genus refertur. Wotton. *VIII*. 169. Fr. Plinius *IX*. 16. inter pisces adnumerat, qui lapidem in capite habent. Omnes enim pisces branchiales, ut adnotat Gronovius ad hunc Plinii locum *p.* 17. *edit. Lugduni Batav.* 1778. lapillos, vel potius officula in capite habent, iisque auditus instrumenta esse ex anatomia constat, quae numero formaque in diversis piscium generibus discrepant. Est hodie Sparus rubescens, cute ad radicem pinnarum dorsi, & ani in sinum producta. *Art. Gen.* 36. *Syn.* 64. Sparus Pagrus *Linn. p.* 1273. Phagrus, & Pagrus Auctorum. Habitat in Europa australi. Dentes maxillarum humanis, & caninis similes habet; molares vero ut in quadrupedibus, quapropter intelligitur cur echinos, & ostreas distringat. An.

Φάλαινα, *balaena*. *c.*16. prout Veteres adnotarunt, vestitur pilo, & cute insensili: spirat, & branchiis caret: fistulam habet in fronte, qua elata per summa aequoris dormit: animal sine ovo gignit, habetque mammas, & lac: magnitudinis usque ad quaterna jugera: ab amico Musculo ducitur: pugnat cum Orcis: in terram exit aliquando ut apricetur: caro insuavis, & dura: coagulum ejus lethargiae medetur. Hodie est Balaena fistula in medio capite, dorso caudam

dam versus acuminato. *Art. Gen.* 76. *Syn.* 106. Balaena Mysticetus *Linn. p.* 233. Habitat polum Arcticum versus. Longitudo a pedibus quinquaginta ad centum usque. Caro sicca, in cauda magis succulenta, mollior, edulis, parum tamen sapida. An.

Φηγοί, *phagi. c.* 19. sunt esculi glandes, quibus inter bellaria dant locum Plato *De Rep. l. XI.* Alexis aliique Auctores. Vide Casaubonum ad Ath. *II.* 13. Fagus arbor est ex genere quercuum. Diosc. *l.* 145.

Φλέγμα, *pituita. c.* 26. sic dicta per antiphrasin, quasi minime usta: proprie φλέγμα est inflammatio.

φορὰς, *scaber. c.* 8. pro ψαφαρὸς.

Φυκὶς, *phuca. c.* 1. & 11. & *fuca*, sic dicta, quia vivit in locis algosis: est saxatilis piscis, tenellus, percae similis, spinis vallatus, mutat colorem, verno tempore varius, alio candidus. Bis parit anno. Mollem carnem habet, probum succum facit, qui facile difflatur, nec multum nutrit. Vide Wotton. *VIII.* 175. Ath. *VI.* 6. Opp. Ἁλ. *l.* 9. 126. ubi Schol. Φυκίδες, λῃστῖναι, ῥεδία. Fr. Tincarum viridium colorem ac effigiem referre autumat Jovius *De Piscibus c. XX.* Salvianus vero negat Phycidem veterum esse hodiernam Tincam marinam Romanorum. Est Recentiorum Gadus barbatus tripterygius, cirratus, maxilla inferiore, punctis utrinque septem. *Linn. p.* 437. *edit. Vindobonae* 1767. An.

Φυκίον, *idem. c.* 20. sed *c.* 30. *fucus*, i. e. genus herbae marinae, unde lana inficitur: utuntur &

mu-

mulieres ad ementiendum ori ruborem. Diosc. IV. 100. Eustathius dicit speciem quandam esse μνίε καὶ βρύε. Quidam exponunt *alga*. Theophrastus *Hist. Plant. IV. 7.* meminit ποντίε φύκε, quo tingi dicit ταινίας ἠρία, & ἱματία. Oribas. XIII. sic describit: fucus marinus partim latus est, partim oblongus, & puniceus; partim candidus, qui in Creta nascitur, valde floridus, & non putrescens; omnes vero habent adstringendi facultatem species.

Φυκιοφόρος, *algas ferax*. c. 30.

Φυτὸν, *planta*, *stirps*. c. 30.

Φυσώδης, *flatum movens*. c. 8. & 28.

Φώκη idem ac Φώκαινα, *Turfio*. c. 16. ex Veterum observationibus delphinorum similitudinem habet, adeo ut complures eum genus esse delphini opinentur. Arist. *H. A. VI.* 12. Catulos parit ut delphinus: maleficus est: in Ponto nascitur, dulcis est, & delicatus. Hodie est Delphinus corpore fere coniformi, dorso lato, rostro subacuto. *Art. Gen.* 75. *Syn.* 104. Delphinus Phocaena *Linn. p.* 229. Habitat in oceano Europaeo, & mari Baltico. Quinque vel octo pedes longus. Supra ex nigro-caerulescens, subtus albus. AN.

X

Χάννος, *channus*, *hiatula*. c. 7. ἀπὸ τῦ χαίνειν secundum Eustathium dictus, femina χάννη & χαύνη apud Arist. & Ath. in libris antiquis haec inconstantia reperitur. Est autem pelagius piscis, phycidi, & percae similis, carne sola vescitur. Circa

Circa saxa victitat, alga muscoque plena. Oppian. Ἁλ. I. v. 124. seq. Colorem habet nigro varium, aut in nigro rufescentem, maculis lineisque quibusdam distinctum. Ath. VII. 24. Caro mollis, ac tenella, sed durior quam percae. Wott. VIII. 175. Fr. Latinis Channae. Ovid. Hal. v. 108. Channes Plin. IX. 16., & Chana eodem libro c. 52. Aristoteles H. A. V. 13. de sexu eorum ambigit, sicut & τῶν ἐρυθρίνων, quoniam πάντες ἁλίσκονται κυήματα ἔχοντες, ut & Ovidius apud Plinium sub finem lib. XXXII. Athenaeus VII. 24. eam ab Arist. appellari scribit ποικιλέρυθρον μέλαιναν, & ποικιλόγραμμον. Est hodie labrus maxilla inferiore longiore, cauda bifurca, lineis utrinque transversis nigris. Art Gen 35. Syn. 53. Labrus Hepatus Linn. p. 1283 Habitat in mari Mediterraneo. Pinna dorsalis post radios spinosos supra macula nigra notata. An.

χελιδών, chelidon, hirundo. c. 9. piscis volatilis, unde ὠκεῖα celer dicitur ab Opp. Ἁλ. II. v. 459. Pompilo similis, suo succo bonum colorem, ac nitidum efficit, & sanguinem movet. Ath. VIII. 14. Sunt qui dicant nullum Chelidoniam piscem Graecis esse cognitum, sed eos falli ex Hesychio & antiquis exemplaribus docet Casaubonus ad h. l. Ath. Fr. A quibusdam idem ac Ἵεραξ, vel Ἴρηξ, & Milvago esse reputatur, & cum pinnas habeat latas, & longas volitat super mare, quando quidpiam metuit, atque in volatu pinnis stridere sentitur. Est hodie Trigla capite parum aculeato, pinnula singulari ad pinnas pectorales. Art. Gen. 44. Syn. 73. Trigla vo-

volitans *Linn.p.*1346. Milvus, & Hirundo Auctorum. Habitat in mari Mediterraneo, & alibi. Volitat supra aquas ad quatuor cubitos. An.

χήμη & χάμη. *c.* 32. *hiatula*, παρὰ τὸ κεχηνέναι, quod aperta testa semper hiet. Ath. *III.* 13. Schol. ad Opp. Ἁλ. *I.* *v.*138. χήμησι addit ὀμίδιοις, χυβαδίοις, χιβάδιος, & ad *v.*602. χηβαδίοις. Est species ostreorum. Diversae species commemorantur *not.*3. *pag.*72. apud Nostrum. Ath. *III.* 10. 12. Asperae a Macedonibus Coryci, ab Atheniensibus κρεῖοι dicuntur. Ath. *III.* 10. Phylimnius e Methymna provenire optimas asserit apud eundem *c.* 13. Vide γλυκυμάρις.

χλωρός. *viridis*. *c.* 30.

χρύσοψ, *aspectum auro similem habens*. *c.* 15.

χρυσόφρυς, *aurata*. *c.* 15. Scaliger ad Arist. *I.* 6. mavult *auricilium*, quod melius Graecam exprimit vocem, & quod supercilia auri colorem referentia habet. Plin. *XXXII.* *s.* 11. Isidorus *XII.* 6. aurata, inquit, quia in capite auri colorem habet, & Varius a varietate, vulgo Trutta vocatur. Germani eos *Vorellen*, quasi variolos dicunt. Adeo eos in deliciis habitos apud Romanos, ut nomen Oratarum adepti sint. Pinnis quaternis, binis in supernis, binis in infernis praedita est partibus aurata. Arist. *I.* 6. Differunt ratione appendicum, quaedam plures, quaedam pauciores habent. *Idem* *IV.* 21. Tenuissimus est inter mugilem, & lupum: tridente capitur, piscatoresque existimant, eos nonnisi sopitos capi posse. *Idem* *III.* 10. De quo modo capiendi vide Camerarium *I.* *c.* 31. & Bel-

& Bellonium in *Obferv. Hoedoper*. Athenaeus *IV*.5. eum omnium pifcium formofiffimum vocat. In petris, & arenis pafcitur. Opp. Ἁλ. *I v*. 169. *feq*. Et maena inefcatur. *Idem III. v*. 188. Fr. Paucas item circa ventriculum appendices agnoverunt Veteres: melanuro proportionem habere: parere aeftate prope fluminum oftia: pifcium omnium timidiffimum: aeftate etiam latere: degere in mari circa litora, & in lacubus maritimis. Eft hodie Sparus dorfo acutiffimo, linea arcuata aurea inter oculos. *Art*. *Gen*. 25. *Syn*. 63. Sparus Aurata *Linn*. *p*. 1270. Habitat in mari Mediterraneo, & alibi. Color varius, inteftina contorta, peritonaeum nigrum, cauda bifurca. An.

χυλός, *chylus*, & χυμός, *chymus*. De differentia harum vocum vide *not*. 2. *pag*. 13.

Ψ

Ψαφαρός, *fcaber*. *c*. 8. 22. & 24.

ψῆττα, *paffer*. *c*. 1. & 9. Schol. Opp. Ἁλ. *I*. *v*. 105. explicat ψησίον. Scaliger ad Arift. *II*. *c*. 16. ad planos pifces refert, fpina praeditos, dorfo fufco, aut nigro, ventre candido, os ad latus habentes, qua parte venter eft. Venter enim in uno, dorfum in altero eft latere. Multa funt genera & Francis, & Liguribus, & Adriaticis communia; a craffitudine, tenuitate, dorfi tumore inaequali barbaris ubique nominibus. Arift. *IX*. 37. & Ath. *VII*. *c*. *ult*. pafferem a Romanis Rhombum dici fcribunt. De hac re vide rhombus, & quid ibi notavimus,

mus. Est vero passer siccus, & cibo suavis piscis, Ath. *l.c.* & Wotton. *VIII.* 167. Fr. Pleuronectes Recentiorum oculis a sinistra, linea laterali utrinque aculeata. *Art. Gen.*18. *Syn.*32. Pleuronectes Passer *Linn. p.* 1337. Habitat in oceano Europaeo. Vix ultra pedem longus, multiplici modo edulis. An.

ψυχρὸν τό, *frigida aqua.* c. 31. pro ἡ ψυχρότης.

Ω

Ὠμοφάγος, *crudivorus, crudis cibis vescens.* c.37.

ὠμός, *crudus.* c.23. & 37. metaphorice hoc loco de cibis, cum proprie de fructibus tantum adhibeatur.

ὠμοτάριχος, *salsamentum.* c. 36. collum thynni sale conditum a Xenocrate sic appellatur. Diphilus Omotarichon, ait, quidam κήτημα, id est, Cetaceum nominant, ventriculo grave, concoctu difficile, viscidum. Vide Athen. *III.* 33.

ὠτίον, *auris*, c. 33. Vide οὖς.

FINIS.

E R R A T A.

Pag.XVII. lin. 18. aequatilibus, *corrige* aquatilibus. *XXIII.* 5. apud Syros, *dele* apud. *XXVI.* 5. desinisse, desiisse. *Ibid.* 12. Sirenis, Sirenibus. *XXVII.* 14. prosequuti fuere, habiti fuere. *Pag.* 6. *lin.* 4. μὲν, πετραῖοι, *dele comma*. 8. 1. πάρ', παρ'. 13. 17. synonimis, synonymis. 15. 7. τῶς, πῶς. 16. 30. legi, legit. 17. 27. alvuum, alvum. 20. 18. id flumen, in flumen. 22. 16. Ἀνιόων, Ἀνιόων. 24. 10. & 18. νεχάλεα, νηχάλεα. 26. 26. ἀρτύεσθαι, ἀρτύεσθαι. 27. 9. οἱ, οἱ. *Ibid.* 19. actore, auctore. *Ibid.* 28. Amia, Amia. 28. 24. δύσχυλοι, δύσχυλοι. 32. 13. aversatum, invisum. 34. 12. pro κοιλία. Ms. Pro κοιλία Ms. 35. 1. sinapis, sinapi. 36. 4. μέλανυροι, μελάνυροι. *Ibid.* 26. τρόφιμι, τρόφιμοι. 62. 11. ne quidem ausus est, ne ausus est quidem. 64. 16. Balenae, Balaenae. 65. 20. conjectari, conjectare. 68. 3. ἡ, ἢ. 70. 1. ἁ, αἱ. *Ibid.* χλυκεῖς, γλυκεῖς. 72. 21. veterum, veteribus. 74. 12. grafice, graphice. 76. 14. πυῤῥού, πυῤῥούς. *Ibid.* 17. κρατίσυς, κρατίςυς. 87. 17. sistit . . . comprimit, & *alia verba, quae sequuntur in plurali forsan scripserat Franzius.* 94. 5. τρῖς, τοῖς. 95. 22. concha, conchae. 102. 27. πετρόδεσι, πετρώδεσι. 110. 6. ἅλμη, ἅλμῃ. 118. 16. γλκύτερον, γλυκύτερον. 120. 3. μ', μ'. 122. 14. aequae, aeque. 125. 1. Orycalus, Orcyalus. 128. 8. κυρίως, κυρίως. 137. 9. δυνάμεως, δυνάμεως. 141. 7. εὐςύμαχοι, εὐςόμαχοι. 151. 17. Μετυλίνη, Μιτυλίνη. 157. 11. ηολύλια, κολύλια. 158. 15. μικρόραρκον, μικρόσαρκον. 164. 29. νεεὶς, νέας. 165. 20. peragentis, peragendis. 168. 19. *Pag.* 80. *Pag. eadem*. 174. 4. ἩΤΡΟΝ ἩΤΤΟΝ.



